bus. Ps̃. xxxvj. Declina a malo ⁊ fac bonũ. vbi nota ꝙ vnũ nõ sufficit sine alio. Uñ dicit ibidẽ glo. or. Diuerte a malo et nulli noceas. Hugo ibidẽ. Nisi prius mala recedãt bona nõ eueniant. sicut nisi radices mali eradicẽẽ boni nõ crescũt. Si studere aut app̃hendere volueris hũilitatẽ p̃us depone superbiã cũ suis specieb⁹ Si vis sequi xp̃m prius relinque mũdũ. nemo põt diligere mundũ ⁊ sequi xp̃m. Si desideras gaudia eterna abijce mũdana. Ait Hiero. Nemo p̃t gaudere cũ mũdo ⁊ post h̃ regnare cum xp̃o. Uis fieri bonus p̃us omi conatu mala studeas vt euellas. hic ordo verus est. Z

Querit. Quid si q̇s esset q̄ nec bonū faceret nec malū: nec opus meritoriū: nec pctm̄ aliq̄n cōmisisset: an talis saluaretur. R̄ndit Aug. in lib. de vita xp̄iana modicū post mediū sic. Qui etiā si nec aliq̄d mali nec boni fecerit: tn̄ ad eterne vite p̄miū nō admittit̄ ꝫ gehenne ignibus mancipat̄. sicut in euangelio dn̄m dixisse legimus de his q̄ nihil mali faciūt nec boni tn̄ aliquid opant̄. Discedite a me maledicti in ignē eternū quē p̄pa rauit pr̄ meus dyabolo ꝛ angelis ei⁹. Esuriui ꝛ nō dedistis mihi mādūcare. sitiui ꝛc̄. qꝛ nō malū gesserunt: sed qꝛ bonū non fecerūt ꝯdē nant̄. sic̄ diues epulo. Ex hoc eīm quisqꝫ prudēs ꝛ sapiens recognoscat quā spem illi h̄re pn̄t qui versant̄ in malis q̄n etiā illis vita negat̄ ꝑpetua qui mali nihil fecerūt nisi q̄ nō gesserūt aliq̄d boni. A

Duo sunt q̄bus boni seruire vidētur ꝛ mali. Bon⁹ deus cui oēs bn̄ ꝯuersantes deseruiūt. Dyabolus autē malus cuius quisqꝫ q̄ mala opat̄ famulus est. Nam quisqꝫ q̄ nec malū videt̄ opari nec bonū cuius seruus esse videt̄ ignoro. quō talis a deo poterit vitā sperare ꝑpetuā quā bn̄faciendo nō meruit Hec Aug. Adhuc scrutamini scripturas ꝛ aliud inuenietis testimoniū damnatōis eorū. qui bonū nō faciūt. Scd̄m doct. sancte matris ecclesie idem sonat ve in nouo testamento qd̄ maledictio in veteri: qꝛ vtrunqꝫ gehenne obnoxium exprimit. Dicit Hiere. xlviij. c. Maledictus q̄ facit opus dei fraudulenter aut negligēter. Glo. Si ergo ille est maledict⁹ qui opus bonū facit ꝛ tn̄ negligēter facit: multo plus ille maledictus est q̄ opus bonū nullo modo facit. Gregorius in glo. ma. Fraudē in dei ope perpetrat: qui ꝑ hoc qd̄ recte agit ad remunerationis bona transitoria festinat. Tres ergo sunt acceptiōes munerū. A corde: vt fauor hoīm. Ab ore: vt gloria vel laus humana. A manu: vt p̄cium. Hoc idem habet̄. j. q. j. sūt nōnulli. Si ergo illi maledicti sunt qui bonū faciūt ꝫ negligēter. amplius illis ve erit et maledictio qui bonū omittunt. Operamini dum dies est. B

Ve malū faciētibus.

Duo sūt generalia mala in q̄bus omne ꝯcludit̄ malū speciale. de q̄bus dicit Hiere. ij. c. sic. Duo mala fecit ppl̄s meus. me dereliquerunt fontē aque viue. ꝛ foderūt sibi cisternas dissipatas q̄ cōtinere nō valent aquas. Ps̄. xxxv. Dn̄e apud te est fons vite. s. omnibus influens esse viuere et intelligere. Btūs Tho. prima scd̄e. q. lxxxvij ar. iiij. dicit. Qꝛ in omni pctō mortali duo hec mala committunt̄ scꝫ auersio ab incōmutabili bono scꝫ deo glorioso qd̄ est malū immensum. ideo sequit̄ pena immēsa scꝫ pena damni qua hō eternaliter caret bono eterno scꝫ deo. Scd̄o cō-

mittit̃ couersio ad cõmutabile bonū: ⁊ illud sequit̃ pena sensus que nō est immensa intensiue licet eterna sit. Hec pena tāto est maior q̃to hō aut plus peccauit aut maiorem delectationē in pctō habuit. Unde dr̃ Apoc. xviij. Quantū se glorificauit ⁊ in delicijs: fuit tantū date illi tormentum ⁊ luctum. tormētum in corpore. luctum in anima. D

Querit̃. Utrum hō

ꝑpter pctm̄ tpale obliget̃ ad penam eternā. Btūs Tho. sup scdo sen. di. xliij. dicit q̃ sic. ⁊ ꝓbat illud quadrupliciter. Primo sic. quia peccat ꝯtra bonū eternū. sicut em̄ se habet meritū ad p̄mium: ita culpa ad penā. Sed ẜm iusticiā diuinā merito tpali debet̃ p̄miū eternū. ergo ẜm diuinā iusticiā culpe tpali debet̃ pena eterna. Scdo sic. q: peccat contra bonū immensum. pena taxat̃ ẜm dignitatē ei⁹ in quē peccat̃. ptꝫ Qui dederit alapam regi morte dignus habet̃ rōne offense maiestatis. non aūt si ꝑcusserit simplicē laycū. Sed deus cōtra quē pctm̄ ꝯmittit̃ est immēsus. nam ipse est rex regū ⁊ dn̄s dominantiū. ergo pctm̄ qđ fit cōtra deū est immēsum. vlterius immēsum peccatū requirit immensam penā: sed mortale ē peccatū immēsum. ergo requirit penam immensam que est pena inferni. Tercio sic. q: peccat ꝑ affectum eternum. Duratio pene debet correspondere durationi actus peccati: sed duratio volūtatis in actu peccati est eternalis. ergo ⁊c. Minor ꝓbat̃ Grego. xxix. moral̃. Uoluissent sine fine viuere vt sine fine potuissent in iniquitatib⁹ ꝑmanere. magis appetunt tales peccare q̃ viuere. Grego. iiij. dyalogo. Ad magnam iusticiā iudicantis ꝑtinet vt nunq̃ careat supplicio qui nunq̃ voluit carere peccato. Aug⁹. xxj. de ciuitate dei dicit. Omne em̄ homicidiū vel adulterium qđ in momento tpis cōmittit̃ momētanea pena punit̃: sed pensat̃ dispositio peccati ⁊ peccantis ex mora tpis. ergo ⁊c. Quarto sic: quia peccatum manet eternū. sic eterna culpa requirit eternā penam. sed culpa mortalis in decedēte est eterna ergo ⁊c. Q: autē post peccatū sit eternum ꝓbatur. quia nō dimittitur peccatū sine cōtritione. sed in inferno nulla est contritio de peccatis. ergo nunq̃ dimittit̃. Q: autem in in inferno nulla est cōtritio de peccatis patet. quia nullus cōterit̃ aut dolet de peccatis nisi per gratiam dei sibi concessam saltem meritorie. sed in infernum nulla descendit gratia nec gutta misericordie. ergo nunq̃ dolebit de peccatis. Si ergo peccatum non remittitur manet eternum. et si manet eternum merito punit̃ in eternum. ergo propter peccatū mortale temporale merito quis damnatur eternaliter. E

De cõsentientibus.

Ad Rom̃.j. Non solũ agẽtes sed etiã agẽtibus ꝯsentiẽtes digni sũt morte. Consentit᷑ multipl'r. Pri mo ꝯsentit in pctm̃ q̃ nõ impedit cõmittendũ. Vñ Anastasius ⁊ damasus papa in canone. Qui põt. xxiij.q.iij. Qui põt obuiare ⁊ ꝑtur bare puersos ⁊ non facit: nihil ali ud est q̃ꝫ fauere impietati eoꝝ. nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit ob-uiare. scꝫ q̃ ptãtem ⁊ facultatẽ ha-bet. Scdo ꝯsentit q̃ nõ ꝓhibet si põt a ꝓximo iniuriã. Vñ Amb. li. j. de of. ⁊ est canon. Non inferẽda xxiij.q.iij. vbi dr̃. Qui nõ repellit a socio iniuriã si põt: tam est in vi-cio q̃ꝫ ille q̃ facit. Vñ Moyses vi dens hebreũ ab egyptio patientẽ iniuriã eũ defendit. vt pꝫ Exodi.ij Ideo etiam ait Salomon ꝓuerb. xxiiij. Erue eos q̃ ducunt᷑ ad mortẽ Tercio ꝯsentiũt q̃ nõ corrigunt malũ ꝯmissum Unde Eleuterius papa.ij.q.vij. negligere. Cũ pos-sis ꝑturbare puersos et nõ facis: nihil aliud est q̃ꝫ fouere. nec caret scrupulo societatis. lxxxvj. di. Cul pam. Facientis ꝓculdubio culpã habet: qui qđ põt corrigere negli-git. lxxxvj. dis. Odio habeãt᷑ pctã nõ hoĩes. Itẽ Innocẽtius. lxxxiij dis. Error cui nõ resistit᷑ approbat᷑ ⁊ veritas cum minime defensatur opprimit᷑. Quarto ꝯsentit in pec catũ p̃cipiẽs malũ cui tñ nõ obedi endũ non est. Unde Isid. xj.q.iij. Si is qui p̃est fecerit aut cuiꝗ̃ qđ a dño ꝓhibitũ est facere iussit scti ap'li pauli sñia ingerẽda est dicen-tis ad Gal'.j. Si nos aut angelus de celo euãgelisauerit vobis p̃ter illud qđ euãgelisatum est anathe-ma sit. Si q̃s ꝓhibet vobis qđ a dño p̃ceptum est vel imperat fieri qđ dñs ꝓhibet fieri execrabilis sit oĩbus q̃ diligũt deũ. Quinto cõ-sentit q̃ peccãdi fauorẽ p̃bet. xj.q. iij. ita corpis. in rubrica. Silr̃ de il lis qui voluntarie ꝑmittũt ludos taxillorũ: cartarũ ⁊ ꝯsimiliũ in do mibus suis. aut etiam coreas: aut alia cõuenticula viciosa. tales ine-quali sunt pena. Sexto in pctm̃ ꝯsentit defendens crimen. de illis dr̃ in canone. qui cõsentit. xj.q.iij. Qui ꝯsentit peccãtibus ⁊ defendit aliũ delinquentẽ: maledictus erit apud deũ ⁊ hoĩes: ⁊ corripiet᷑ cor-reptõne seuerissima. tales sunt he resiarche. Septimo ꝯsentit q̃ cõ municat vel amicabilẽ se p̃bet. vñ in cano. Si inimicus. xciij. dis. dr̃. Si quis amicus fuerit his q̃bus ipse nõ loquit᷑. vnus est ille ex illis qui exterminare ecclesiã dei volũt ⁊ si corpe nobiscũ esse videant᷑: ani mo ꝯtra nos sũt. Aug⁹. ad Lota-riũ. xxiij.q.v. Qui vicijs nutrien-dis parcit ⁊ fauet ne ꝯtristet peccã tium voluntatẽ: tam nõ est miseri cors q̃ꝫ qui nõ vult cultrum cape-re pueris ne audiat plorantem et nõ timet ne vulneratum doleat ex tinctum.

Ve ve ve habitantib' in terra Apoc. viij. Decimoquīto pōt exponi triplex ve: de triplici malo qđ cōtraxim' a primis parētib' ex suggestiōe dyaboli. scȝ mortis necessitatē: seruitutis vilitatē: ignorātie cecitatē. Ait em̄ serpēs Eue Geñ. iij. Nequaq̄ moriemini sed eritis sicut dij sciētes bonū ⁊ malum: sed mēdax est dyabolus ⁊ pater eius: nā om̄es morimur: necessitati seruim' corporis: excecati sum' malicia. ¶

Ve propter mortis necessitatē. Ps. lxxxviij. Quis est hō qui viuet ⁊ nō videbit mortē. Glo. nullus. ij. regū. xiiij. Om̄es morimur: et velut aqua dilabimur in terrā: mētiris serpēs antiqua dicēdo non moriemini. Ecce oēs morimur. Glo. Geñ. iij. morti obligati sumus. Aug'. Quis primi parētes multis annis vixerunt illo tamē die mori ceperūt q̄ mortis legē acceperūt. Hiero. ait vt refert Eusebius. O vita mūdi nō vita sed mors: vita fallax onusta tristicijs imbecillis vmbratica vita mendax nunc flores ⁊ statim arescis. Saluator noster volens nos paratos esse in hora mortis: dicit Math. xxiiij. Vigilate quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Illud aūt scitote q̄m si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̄ ⁊ non sineret pfodi domū suam: ideo ⁊ vos estote parati: q̄a qua hora nō putatis fili' hoīs venturus est. Btūs Tho. in cōti. glo. ibidē ait. Vult aūt dñs semp nos in solicitudine esse de ei' aduētu ꝓpter hoc dicit vigilate. ¶ Queris forte: quō vigilare debeas tu. Rñdit Gregorius ibidē. Vigilat qui ad aspectū veri luminis oculos apertos tenet: vigilat qui seruat operādo qđ credit. id est vigilat q̄ a se corporis ⁊ negligētie tenebras expellit. Diceret forte aliq̄s ante multos annos dictum est de aduentu dñi ad iudiciū. ego nō tamdiu durabo in hac vita. Aug'. ad Esiciū Non solū autē illis dixit vigilate quib' tūc audiētib' loquebat̄: sed etiā illis qui fuerūt post illos annos ⁊ ad nos ipos: ⁊ qui erūt post nos vsq̄ ad nouissimū eius aduētū: q̄a ad oēs ptinet qđammodo: tūc enim vnicuiq̄ veniet dies ille cū venerit eius dies: vt talis hinc exeat qualis iudicādus est illa die ac p hoc vigilare debet oīs xpianus ne imparatū eū inueniat dñi aduentus: illū imparatū inueniet illa dies quē imparatū inuenerit sue vite vltimus dies. hec Aug'. Chriso. in omelia dicit sup eadem verba. Hic videt̄ dñs cōfundere eos qui non tm̄ studiū faciūt anime sue quantū faciūt circa pecunias suas ⁊c. Superi' ait dñs in eodē cap̄. Sicut autē fuit in dieb' Noe ita erit aduētus filij hoīs: sicut em̄ erāt ante diluuiū comedē-

tes τ bibētes τ nubentes vsqȝ ad eū diem quo intrauit in archam Noe: τ nō cognouerūt donec venit diluuiū τ tulit oēs. Sic erit aduentus filij hoīs. Chriso. ibidem. Hic autē ostēdit dn̄s qm̄ cū antixp̄s venerit indecentes voluptates assumentur apud eos qui iniqui erunt τ de ppria salute desperabūt. Et ideo exemplū ponit hic cōueniens. Cum em̄ archa fabricaret̄ piacebat quidā in medio futura predicēs mala. mali autē nō credētes ac si nullū fuisset futurū malū lasciuiebant. Glosa interli. ibidē. Quis Noe pdiceret. Diceres forte ante mille annos hec pdicta sunt de aduētu iudicij futuri nec vsqȝ hodie venit. Audi qd tu facies in die iudicij tui nō morieris? Et si ad mille annos nō veniret iudiciū extremū tuū: tamen patieris iudiciū τ sentētiā in morte tua. Nec iam dicere potes non morior ego: quia nō est hō super terram qui viuit et qui nō videat mortē: ymo sentiet eius amaritudinē. Eccs. ij. Morit̄ doctus τ indoct⁹. Ysa. xxxiij. Ubi est litterat⁹ vbi est legis verba pōderās: vbi est doctor paruulorū. q̄si diceret. mortui sunt sicut et alij. Sed dic mihi: vbi hector: vbi Julius: vbi Alexāder potētissim⁹: vbi Cresis ditissimus: vbi Absolon pulcerrimus: vbi Galienus medicus et Auicenna eius socius: vbi Salomon prudētissimus: vbi Plato τ Purphirius: vbi Aristotiles peritissimus: vbi doctissim⁹ poetarȝ Uirgilius. Nōne trāsierūt tanqȝ pegrini τ hospites: descēderūt in pfuudū vt lapides: q̄s scit si det̄ eis requies. Baruth. iij. Ubi sūt principes gentiū qui dn̄ant̄ super bestias que sunt sup terrā: qui in auib⁹ celi ludūt: qui argentū thesaurizant τ aurū in quo cōfidunt hoīes et nō est finis acquisitionis eorȝ: qui argentū fabricant τ soliciti sunt: nec est inuentio operum illorȝ: exterminati enim sunt et ad inferos descenderūt τ alij in locū eorum surrexerūt. Ue ergo propter mortis necessitatē. J

Ue ppter seruitutis

vilitatē Nota duplex est seruitus scȝ libertatis τ violētie. Seruitus libertatis fuisset ī paradiso in statu innocētie. si em̄ hō stetisset filij eius officiosi fuissent eis in exhibitione honoris τ reuerētie et obsequijs corporalib⁹: vt si vellēt comedere in oblatiōe fructuū τ cōsimilibus. Seruitus autē violētie nō fuisset: q̄a non fuisset ibi dominiū τ seruitus. Ratio: quia huius seruitutis causa pctm̄ est. Unde Joh. viij. Ois qui facit pctm̄ seruus est pcti. Aug⁹. sup Joh. ibidem dicit. O miserabilis seruit⁹: seruus hoīs aliquādo sui dn̄i duris imperijs fatigatus fugiendo requiescit. Seruus aūt pcti quocunqȝ fugerit secū trahit qd̄ fecit. voluptas trāsit pctm̄ nō transit: preterit qd̄ delectat sed remanet

qđ pungit. solus de pctō liberare pōt qui venit sine pctō. Et Hugo sup Job. viij. c. dicit. Q aūt peccatores sunt serui dyaboli: patet quinqꝫ ratiōib⁹. R Primo seruoꝝ est laborare multū. Hier. xvj Seruietis dijs alienis qui nō dabunt vobis requiem die ac nocte. Volunt demones vt serui sui de nocte seruiāt voluptati. de die autem cupiditati aut cure hui⁹ mūdi ꝛc. Scđo serui nutriunt vilissimo cibo. Unde dicit Luce. xv. de filio ꝓdigo ꝙ cupiebat ventrē saturare de siliquis porcoꝝ: sic pctōres cupiūt saturitatē in porcinis ꝛ in immūdis voluptatib⁹ ꝛ nō inueniūt sed magis ac magis alliciunt ex ipsis. Tercio seruus qđ lucrat suū nō est sed dn̄i sui: sic pctōr nihil facit sibi vtile ad vitā eternā. quia dyabolus dn̄s suus semp apponit aliqđ malū per qđ illud opus anhilat. Osee. vij. Comederūt alieni robur eius. id est tp̄alia ꝛ naturalia. Quarto serui non possunt cōtrahere: q̄a dn̄s irritare habet: sic pctōr quātūcūqꝫ facit pactū cū sacerdote qui est loco dei in cōfessiōe statim vt dn̄s suus dyabolus senserit retrahit eū p aliqđ malū opus. Quinto serui nō possunt cōdere testamentū sicut videmus de multis peccatorib⁹ ꝛ diuitibus ꝛ maxime clericis: ꝙ aut moriunt intestati: aut cōmittunt dispensationē rerū suarum alijs Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secū aufert: quia dominus rerum non est. L

Ue ꝓpter ignorantie cecitatē Sap. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. Holkot ibidem dicit Cōmunis cecitas nascit ex peccato. Ideo dicit Sopho. j. Ambulabunt vt ceci quia dn̄o peccauerūt. M Unde septē pctā mortalia inferūt septē cecitates. Primo mentē excecat supbia p nimia sua claritate putās se alios excellere Ecci. xliij. Sol suis radijs fulgens excecat oculos: sol est excellentia quā homo in se considerat aut corporali aut sp̄uali re. N

Scđa cecitas est cupiditas qui similes sunt talpis qui perfodiūt terram quousqꝫ moriunt. Figura est in ceco qui sedebat iuxta viā Luc. xviij. ꝛ Marci. x. O Tercia luxuria siue amor malus Ps̄. lvij. Supcecidit ignis ꝛ non viderūt solem. Figura de Sampsone Judicū. xvj. de zodomitis circa domū loth. Gen̄. xix. P Quarta est iracūdia et figuratur in Lamech qui putabat se occidere bestiā occidit hominē. Gen̄. iiij. Sic iudices ꝛ hoies irati putāt se vellē corripere pctm̄ ꝛ ira impediēte occidūt hominē aut ꝑsonā. Q

Quinta est inuidia. Figura in Hely. j. Regū. iij. qui nō poterat videre lucernā dū arderet ꝓpter debilitatem visus: sic inuidus nō pōt videre gloriā ꝓximi sui. Nota de auaro et inuido ambulātib⁹ audiētes vocē: ꝙ peteret vnus ex

ipsis tali pacto vt alter duplo haberet qd ille peteret simplū: vbi inuidus petiuit vt sibi oculus erueret: et sic alter excecatus est totaliter. R Sexta est accidia. Figura Thobie. ij. q dormiēdo excecatus est. S Septima gula: que frequēter spūaliter et corporaliter occidit. puerb. xxiij. Cui suffossio oculorum nōne his qui cōmorant in vino et studēt calicibus epotādis. Ve ergo ppter ignorātie cecitatē qua qs excecat ne suā inueniat salutē pctis exigētib' zc. T Hugo sup Johem. ix. dicit q multis modis hoīes excecant. Primo quidā excecant de ortu suo siue pgenie: vt sūt nobiles et diuites qui supbiūt de sua nobilitate et alios spernūt Scdo p abūdantiā tpaliū bonorū: sicut qn puluis spargit in oculū tūc excecat: sic quādo diuitie mūdi occupāt cor hoīs: talis non pōt videre ea q sunt p sua salute aut etiā periculo. Tercio excecant quidam honorib'. Ps. xlviij. Hō cū in honore esset nō intellexit scz periculū sibi imminere simile de Hely. j. regū. iiij. Quarto quidā excecant longa cōsuetudine peccādi: pctor eīm sicut scriptū est Prouerb. xviij. Cum in pfundū pcti venerit cōtemnit: nec videre vult sibi imminēs periculum psumens falso de miscdia dei Quinto quidā de sua sciētia excecant in quam nimis confidunt. Hiere. x. Stultus factus est oīs hō a sciētia sua. Idem. iiij. Stultus ppls meus me non cognouit filij insipiētes sūt et vecordes. Ad Rom. j. Dicētes sapiētes stulti facti sūt. Ambro. in glo. Sapiētes eīm in naturis rerū stulti facti sūt a deo. Sexto quidā excecant p nimiā perscrutationē profundorum puerb. xxv. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Ecci. iij. Altiora te ne quesieris. Ysaie. xxxviij. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum. V

Ve ve ve habitantib' in terra.

Apoc viij. Decimosexto exponit triplex ve de triplici malo hui' tpis. scz ppter bonorum amissionē gratiā remouentē ppter malorum cōmissionē ad inferos deducentē: ppter tpis perditionē eternaliter remordentē. X

Ve propter bonorum

amissionē gratiā remouētē. Ubi notādū q triplex est bonū qd hō malus amittit: est bonū nature: est bonū gratie: et est bonū eterne glorie. Primo hō malus amittit bona nature. Primo amittit fortitudinē corporis p eternā infirmitatē quā incurrit: adeo inualidus erit hō dānatus vt nec guttam aque iuxta se positam leuare posset. Unde propheta. Ysa. xxx. Non remanebit de fragmētis ei' testa vt hauriat parū aque de fouea zc. Scdo amittit pulcritudinē et dei ymaginē. Unde Trenorū. iiij. Denigrata est facies eius

sup carbones. Ysa. xiij. Facies cõ buste vultus eoꝝ. Glo. Facies cõ buste igne quē dū viuerent accen- derūt. Tercio sanitatē p eternā debilitatē Dicet ad eos dn̄s illud Hiere. xxx. Quid clamas ad me sup cõtritione tua insanabilis est dolor tuus. Quarto: vitā p eter nā mortē sp ꝛ eternaliter morientᷣ ꝛ tamē ad finē nō pueniēt. Ezech. xviij. Si auerterit se iustus a iusti cia sua et fecerit iniquitatem mo- rietᷣ sc3 morte eterna. Quinto p- dit diuitias ꝛ incurrit eternā ege- statē: ita vt nec minimū bonū ha- bere poterit. Exemplū in euange- lio de diuite epulone. Luce. xvj. q̄ clamauit vltra mille annos ꝛ cla- mabit ineternū p gutta aque fri- gide nec habebit: quia desideriū peccatorū vt scriptum est peribit

Sexto pdet omnē suam gloriā. Ps. xlviij. Ne timueris dum di- ues factus fuerit hō sc3 tu paup q̄a cū interierit nō sumet oīa secū: neq3 descēdet cum eo gloria eius: ymo vt dicit Hiero. quāta in hoc mundo fuerit gloria maior: tanto maior erit in futuro confusio.

Septimo pdet omnē dignitatē ꝛ quāto hic in altiori fuerit digni- tatis loco: tanto pfundiorē in pe- nis obtinebit: vt dicit hieronymꝰ Unde Ysa. xiiij. Dicebas in corde tuo. In celū ascēdam similis ero altissimo: oīs em̄ supbus quantū pōt honorē dei sibi vsurpat ꝛ vti- tur creaturis dei ac si ip̄e coꝝ fuis- set creator. Sed sequitᷣ verū cum adinfernū detraheris in pfundū laci subtus te sternetᷣ tinea et ope- rimētū tuū erūt vermes. Octa- uo omnē sciētiā pdent ꝛ erūt om̄i- no ignari. Sicut de quodā malo cancellario parisieñ. legitᷣ: qui pu tabat post modicū temporis obi- tus sui mundū iā defecisse ex toto ppter multitudinē corruentiū in infernū. Eccl̄s. ix. Quodcūq3 po- terit manus tua instāter operare: quia nec scientia nec sapientia nec opus nec ratio est apd̄ inferos q̄ tu pperas. Nono oēm sapiētiā vt patet Eccl̄s. ix. Legitᷣ in visioni bus Birgitte q꜄ dn̄s ad eā ait Sa lomon et Aristoteles non sibi sed alijs studuerūt. Decimo oīa na- turalia delectabilia huius mūdi. Ysa. lxv. Ecce serui mei comedent vos autē esurietis. Ecce serui mei bibēt vos autē ꝛc̄. ¶ Scd̄o hō malus pdit bona gratie: q̄a in se euacuat et anhilat oīa sua opera bona p ip̄m facta: om̄ia suffragia matris ecclesie Oēs intercessiōes sanctoꝝ dei: totā xp̄i passionē: hec oīa perdit pdita grā quā quilibet pctōr pdit pctō cōsūmato ꝛ maxi me si moritᷣ in pctō. Btūs Tho. sermone de trinitate dicit: q꜄ gra- tia necessaria est. Primo ad di- gnitatē status. Oīs em̄ pfectio et dignitas est a forma aut a re ope- rante: quāto ergo forma aut res operans nobilior fuerit: tāto res operata nobilior erit. Sed gratia dei est quedā forma operās diui- nū esse quia facit filios dei. Sic p

oppositū p culpā hō efficit filius dyaboli. Joh.viij. Uos ex patre dyabolo estis: ergo. Ut hō maneat fili⁹ dei necessaria est sibi gratia dans esse gratuitū. Si queris ab aplo paulo quō tu persecutor ecclesie tā magn⁹ factus es. Respondet. j. Chorinth. xv. dicens. Gratia dei sum id qđ sum: ergo necessaria est ad dignitatē status.

Scđo necessaria est ad efficatiā actus: q̄a hō ex puris naturalib⁹ non pōt mereri beatitudinē: opera naturalia vt comedere laborare potest ex natura: nō autē meritoria. Juxta illud Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Qui dat gratiā dat sequentia gratiā. Qui dat formā dat cōsequētia formā: ergo tā gratia q̄ȝ opera meritoria a deo sunt. Jdeo ait Ysaias. Oīa opera nr̄a operatus es dn̄e: ergo valet ad efficatiā operū. Tercio necessaria est ad cōualescentiā casus. Nā liberū arbitriū p se pōt cadere in pctm̄ nō tamē p se resurgere. Ps. lxxvij. Spūs vadēs et nō rediēs: ſm glosam: vadens in pctm̄ p se: sed nō rediens p se. Qđ aūt homo p se nō pōt resurgere a pctō probat quatuor similitudinibus. Primā ponit Anshelm⁹ dicēs. Hō p se pōt in foueā seipm iactare: sed p se nō pōt inde exire. Jllud respicit auarus. Ysa. xxiiij. Formido fouea et laque⁹ sup habitatores terre. Auarus p amorē terrenorū habitat in terra. Et est in formidine ne diuitias perdat in fouea cupiditatis immersus laqueo dyaboli. id est pecunia ligatus. Secūdā ponit Chris. dicēs Sicut nauis fracto gubernaculo illuc vbi tēpestas voluerit ducit. Sic hō pdito diuine auxilio gratie ducit quocunq̄ȝ scȝ voluptas eū inclinauerit. Jllud tāgit luxuriosos. puerb. xxiij. Eris q̄si dormiēs in medio mari pdito gubernaculo Terciā etiā ponit Chris. dicēs. Hoīes possunt eligere regē sed electū nō possunt facere nō regem. Sic hō semel eligēs dyabolū in regē amplius ppria virtute nō pōt deserere eū. Jllud tangit supbos. Nā dicit Job. xlj. Jpse est rex super oēs filios superbie

Quartā ponit Aug⁹. dicēs. Sicut q̄s pōt se vulnerare mortaliter: sed nō pōt cū vult seipm sanare. sic pctōr nō pōt se sanare nisi p gratiā dei Jdeo ait Dauid Ps. l. cū peccasset mortaliter. Tibi soli peccaui. Quarto necessaria est gratia ad pmanētiā status ⁊ appetitus: quia hō existēs in pctō mortali nō est stabilis sed de vno pctō in aliud cadit. Trenor. j. Peccatū peccauit hirl'm: ideo instabilis facta est: talis baculū sue sustentatiōis scȝ gratiā dei abiecit. Greg. Peccatū qđ p penitētiā nō delet statim sua pōderositate aliud ad se trahit. Quinto necessaria est ad decentiā ornatus. nā pctm̄ animā maculat: et ymaginē dei corrumpit. si reformari debet necessaria est gratia dei ⁊c̄. Sexto ne-

cessaria est ad victoriā conflictus: q̄a semp in hoīe inter carnē ꝛ spiritū pugna est. Ad Rom. vij. Video aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mētis mee Infelix hō ego q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹: ꝛ nō inueniēs adiutoriū dixit. Gr̄a dei sum id qđ sum. ¶ Tercio hō malus ꝑdit bona glorie. Que autē sint bona glorie nō est meū dicere vobis: cū ille qui raptus in terciū celum videns archana dei. Et Ysa. ꝑpheta vidēs dn̄m sedentē sup soliū excelsum dicāt. Oculus non vidit nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascēdit q̄ ꝑparauit deus diligētib⁹ se.

¶ Cū sctūs Aug⁹. de beatitudine sanctoꝝ scribere vellet ꝛ beatū Hieronymū consulere q̄d de hoc sentiret: subito lux immensa cellā suā intrauit aīa scꝫ sctī hieronymi q̄ illa hora in bethleem Juda migrauerat ad dn̄m. Et vox de luce ait. Augustine augustine. q̄d queris: putas ne in breui vasculo immittere mare totū Breui includere pugillo terraꝝ orbem: celū seruare ne vsitatos exerceat motus. Que oculus nullus hoīm videre potuit tuus videbit. Auris nulla per sonū hausit audiet tua. que cor hominū nullatenus intellexit nec etiā cogitauit. estimas te posse intelligere: infinite rei quis erit finis: immēsa qua mēsura metieris: potius totū mare ī artissimo clauderet̄ vasculo: potius terrarū orbē paruulus teneret pugillus: potius a motu suo continuo celū desisteret: q̄ꝫ gaudioꝝ et glorie quibus beatoꝝ aīe sine fine potiunt̄ minorē intelligeres particulā: nisi vti ego experientia doceceris. Ideo idem augustin⁹ in li. de moribus infantū dicit. Tanta est pulcritudo iusticie: tanta iocūditas lucis eterne et incōmutabilis veritas sapiētie: vt etiā si nō liceret ampli⁹ in ea manere q̄ꝫ vnius diei mora: propter hoc solū innumerabiles delicie hui⁹ vite ꝛ circūfluentia bonoꝝ tpaliū merito cōtemnent̄. Idē Aug⁹. li. de vanitate seculi Vitā ergo eternā ex omibus ꝑcordijs vestris amate quā nunq̄ꝫ in secula finiatis. Illuc festinate vbi semp viuitis ꝛ vbi iam mori nunq̄ꝫ timeatis. Sic em̄ sicut amatis istam miserā fluidāqꝫ vitā vbi cū tanto labore viuitis ꝛ vix currendo. satagēdo. suspirando. necessarijs corporis satisfacitis: quantomagis amare debetis vitā eternā: vbi nullū laborē sustinebitis: vbi semp summa securitas: summa felicitas: sūma libertas. vbi implet̄ id euāgelij. Mathei. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol ī regno patris sui. Qualis putas erit splēdor animaꝝ: quādo solis claritatē habebit lux corpoꝝ. Estimo oēs iā vos qui verbū hoc auditis vitā beatā desiderare. Sed audi quid Augustin⁹ in ꝑsona xp̄i ait. Ecce venale habeo regnū dei. eme si vis nec multū existimas dare tm̄ valet quātū habes. si nihil

habes teipm da et habebis illud. Dicis forte: malus sum nō me accipit deus. noli dubitare q̄a dando te ei bonus eris. ve eis qui hec bona eterna amittūt. B Exponamus latius q̄ pmisimus bona scz eterne glorie qualia sint. Beatus Tho. in sermone super illud thema. Querite primū regnū dei dicit. Ibi est claritas delectabilis Apocal. xxi. Ciuitas illa non eget sole neq̃ luna: q̄a claritas dei illuminabit eā. Ibi vt dictū est fulgebūt iusti in corpore sicut sol. multo clarius in anima. Ibi est charitas amicabilis. j. Chorinth. xiij. Charitas nunq̃ excidit: siue prophetie euacubunt siue lingue cessabūt tantū gaudet anima btā de bonis a proximo factis sicut suis: q̄a vnū est gaudiū eaꝝ in deo. Ibi est formositas mirabilis. q̄a oēs erūt vniformes in genere: q̄a oēs filij dei ꝛ reges cōformes in munere: q̄a oēs vnū ꝛ eundē accipiēt denariū diurnū oēs sedebūt ad mensam dñi. Luce. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater ꝛc. Sed erūt difformes in lumine quia fm gregoriū. Scdm diuersitatē meritorū assument ad diuersos choros angeloꝝ. Hec beatus Tho. Sed de oībus scz ibi est securitas immobilis. Ysa. xxxij. Sedebit ppl's meus in pulcritudine pacis ꝛ in requie opulēta et in tabernaculis fiducie Hec securitas causat ex trib⁹. Et insupabili potestate dñi huius ciuitatis. scz dei Ps. cxliiij. Magnus dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nō est finis. Scdo ex firmitate munitionis. Zach. ij. Ego ero eis murus ꝛ antemurale. Tercio ex impugnabili cōcordia ciuiū scz sctōꝝ ꝛ angeloꝝ. puerbioꝝ. xviij. Si frater iuuat fratrē erit q̄si ciuitas firma Idem volūt oēs q̄ de⁹ fm hieronymū ibi corpus induet claritatē. impassibilitatē. subtilitatē. agilitatē. Illud tāgit Sap. iij. vbi dicit. Fulgebūt (ecce claritas) iusti (ecce immortalitas) et tanq̃ scintille (ecce subtilitas) in arūdineto discurrent (ecce agilitas) Hec sunt corporis dotes ibi anima videt deū. amat deū. fruit eo. C Volumus adhuc gloriā corone duodecim stellarū mulieris sole amicta lunā sub pedibus habentis ecclesie scz: aut virginis matris: aut etiā anime deuote diligētius inquirere: inuētā p posse ppalare vobis. Est ergo prima stella vita sine corruptione Nā p visionem dei quilibet efficit particeps vite eterne. Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solum verū deū ꝛ quem misisti ihm xpm. Videdo xpm in humanitate plene satiat corpus ꝛ sensus exterior. Apocal. xxi. Absterget de⁹ omnē lacrimā ab oculis sctōꝝ ꝛc. Videndo xpi diuinitatē plene satiatur anima que capax dei est ꝛc.

Scda est voluntas sine pturbatione. Om̄e qd voluerit hō habebit. q̄a eū habebit in quo sunt oīa

tanq̄ in fonte dans oībus esse vi-
uere ⁊ intelligere. Quesiuit augu-
stin⁹ ab aīa scti hieronymi. an etiā
aīe beatoꝝ quedā velle possunt q̄
nō obtinet. Respōdit aīa scti hie-
ronymi sic. Unū noueris augu-
stine ꝙ sanctoꝝ aīe ita ī illa eterna
gloria in deo sūt solidate: ꝙ nulla
eis inest alia volūtas nisi dei: quia
nihil aliud possūt velle nisi ꝙ de⁹
vult ideo nunq̄ turbatˀ volūtas.
Tercia est sciētia sine errore. nā
ex diuina visione cognoscūt oīa q̄
pertinēt ad pfectionē intellectus.
Ps. xvj. Satiabor cū apparuerit
glīa tua. Cognito creatore q̄ veri-
tas vniuersalis est cognoscūtˀ oēs
alie veritates pticulares. Quar
ta est memoria sine obliuione Nā
de⁹ est speculū in q̄ relucēt oīa q̄ in
celo. in terra. in inferno. ⁊ ī oībus
sunt abyssis: nec aliq̄d in deo futu
rū aut p̄teritū est sed oīa p̄sentia.
Scti ergo ī celo vidēt deū ⁊ semp
vidēt: g̃ nunq̄ obliuiscentˀ cuius-
cūq̄ rei scibilis. Quinta est glīa
sine depressiōe. Nā quilibet btūs
erit venerabilis om̄i creature qn̄
tā excellenter honoratˀ a creatore.
Joh. xij. Honorificabit eū pater
me⁹ q̄ in celis est. Aug⁹. Quē ho-
norē maiorē poterit accipere ad-
optatus q̄ꝫ vt sit vbi est vnicus et
verus fili⁹ dei ihs xp̄s. Sexta est
abūdātia sine defectiōe. Ps. cxj.
Glīa ⁊ diuitie in domo ei⁹. Apoc.
vij. Nō esuriēt neq̄ sitiēt ampli⁹
neq̄ cadet sup illos sol neq̄ vll⁹
estus: qm̄ agn⁹ q̄ in medio throni
est reget eos ⁊ ducet eos ad fōtes
vite aquaꝝ ⁊c̃. Septima est leti-
cia sine merore Quāto em̄ homo
maiori bono cōiūgitˀ tāto maius
gaudiū habet. Sed hō tūc cōiun-
gitˀ deo qui est summū ⁊ maximū
bonū: ergo tūc habebit maximū
gaudiū. Octaua est de periculi
euasione sicut qui in mari pericli-
tantˀ cū ad portū venerint multū
gaudent. Sic filij isrl̄ post trāsitū
maris rubri submersis inimicis
suis gaudebāt cantātes psalmū.
Cantem⁹ dn̄o. Nona est de car-
cerali liberatiōe: sicut aliquis diu
tentus ī carcere postq̄ꝫ liberatˀ ab
eo gaudet scꝫ vbi passus fuerit fri
gus: famem: sitim ⁊c̃. Carcer iste
corpus humanū est. ad Rom̄. vij
Infelix q̄s me liberabit ⁊c̃. De-
cima victorie cōsideratione cōtra
inimicos pugnādo. vnde dicit il-
lud. Ps. cxxiij. Benedict⁹ de⁹ qui
nō dedit nos in captionē dentib⁹
eoꝝ ⁊c̃. Undecima inferni expu-
gnatiōe: maxime hi qui multas ⁊
graues habuerͭt tentatiōes. vnde
dicēt. Ps. xciij. Nisi dn̄s adiuuis-
set me paulomin⁹ habitasset in in-
ferno aīa mea. Itē laqueus cōtri
tus est ⁊ nos liberati. Duodeci-
ma iusticie dei ꝯgratulatiōe vidē-
tes deū ꝑ se pugnare ꝯtra dyabo
lū ⁊ pctores ⁊ eos damnare horri
biliter. gaudebūt. vnde in ps̄. lvij
Letabitˀ iustus cum viderit vindi
ctā. manus suas lauabit ⁊c̃. Ut g̃
breui sermone multa cōcludam⁹
dicit Ysa. xxxv. c. Gaudiū ⁊ leticiā

obtinebūt ꝛ fugiet ab eis dolor et
gemitꝰ. Que ṽba exponēs btūs
Tho. in questiōibꝰ disputatis de
malo peccato veniali. ar. xj. dicit.
Duo tāgunt̃ q̄ sunt de ratiōe pfe-
cte btitudinis. Primū est p̄sentia
ois boni ibi gaudiū interius id est
stolā aīe ꝛ aīe ꝛ leticiā exteriꝰ id est
stolam corporis obtinebūt electi
Scdm est carentia ois mali. ibi et
fugit ab eis dolor de cōmissis ꝛ ge
mitus de miserijs. Igitur erit ibi
ois boni copia ꝛ nulliꝰ mali p̄sen-
tia. Hec oia pdūt mali. Ve ergo
propter bonorū amissionē. D

Ve propter malorū
cōmissionē ad inferos deducentē.
Quicūqꝫ pctm̄ mortale cōmiserit
eo facto descēdit de hirl'm in hie-
richo. de visiōe pacis ad defectū:
ymo de celo ad infernū. Talis ne-
cessarie habet dicē illud. Ps. xvij
Circūdedert me dolores mortis
ꝛ pericula inferni inuenerūt me.
Huiꝰ figura habet̃ Luce. x. vbi di
cit̃. Homo quidā descendebat de
hirl'm i hiericho ꝛ incidit in latro-
nes qui etiā spoliauerūt eū ꝛ pla-
gis impositis abierūt semiuiuo il
lo relcto. In quo dicto saluato-
ris sex mala exprimunt̃ q̄ sequūt̃
eū q̄ malū aut pctm̄ mortale facit
E Primo ex hereditate a regno
dei: ideo dicit̃ hō quidā scꝫ adam
vl' pctōr descēdet p culpā a hirl'm
q̄ ꝑm augustinū cōtra pelagiū vi-
sio pacis interp̄tat̃. Nā ante pec-
catū hō habet pacē in ꝯsciētia sed
post pctm̄ nō: sed pugnā ꝛ remor-
sum sentit cōsciētie. Ideo dr̃ Ysa.
xlviij. Nō est pax impijs. Et. vij.
Impij q̄si mare feruens qd quie-
scere nō pōt. Scdo captiuat sub
defectu. ideo dicit̃ in hiericho. nā
hiericho interpretat̃ et significat
mortalitatē ꝛ mutabilitate quam
hō spūaliter incidit post cōmissū
malū sicut primus hō cū esset in-
obediēs deo. nā etiā propria caro
facta est sibi inobediēs. Sic pctōr
cū malū cōmiserit iā nō est pnus
ad bonū ymo patit̃ resistētiā a cul
pa cōmissa: et dyabolo nec p hoc
cogit̃ liberū arbitriū eius. Ter-
cio malū culpe subiugat dyaboli-
ce potestati: ideo dicit̃ incidit in la-
trones. Ambro. ibidē. Latrones
sunt angeli noctis et tenebrarū: in
quos nō incidisset nisi celestis mā
dati deuius eis se fecisset obnoxiū
nā ipi clam bonis insidiant̃. nā di
cit q latrones irruerunt in eū: q̄a
hō spōte se tradit eoꝝ potestati cū
pctm̄ facit. Quarto spoliat gra-
tuitis: ideo dicit̃ q̄ etiā spoliauert̃
eū scꝫ habitu nuptiali q̄ charitas
est. ꝑm beatū Greg. Augꝰ. in que
stionibꝰ veteris ꝛ noui testamenti
ait. Demones hoiem expoliaue-
rūt indumēta gr̃e ꝛ innocētie au-
ferendo. Gen̄. iij. primi parentes
post pctm̄ cognouerūt se nudos.
Quinto vulnerat in naturalibꝰ
ideo dicit̃ plagis impositis. F
Unde q̄tuor vulnera sunt secuta
in hoie pter pctm̄ scꝫ ignorātia
in intellectū. malicia in affectu: in-

ordinatio in cõcupiscẽtia: infirmi tas in potẽtia. Primũ vuln⁹ qđ sequit̃ pctm̃ mortale est ignorantia in intellectu. Ps̃. xlviij. Hõ cũ in honore esset non intellexit. Itẽ Sopho. j. Ambulabũt vt ceci q̃a dño peccauer̃t. Glo. q̃a pdiderũt lumẽ virtutũ ꝛ pctis vixerũt. ambulabũt vt ceci locum penitẽtie ꝛ miscdie nõ inuenientes. Scdm vuln⁹ est malicia in affectu vel desiderio. Geñ. vj. Vidẽs igit̃ de⁹ ꝙ multa malicia hoĩm esset in terra ꝛ cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ penituit eũ om̃i tpe ꝛ dixit. Delebo hoĩem quẽ creaui penitet em̃ me fecisse eũ. Terciũ vuln⁹ est inordinatio in cõcupiscẽtia. Gal̃. v. Caro cõcupiscit aduersus spm̃ et spũs aduersus carnẽ. Cõmuniter postq̃ hõ semel peccauerit iã pnior est ad iterũ peccãdum et erit audatior ratiõe primi pcti. Quartũ vulnus est infirmitas in potẽtia. nam post pctm̃ hõ ad peccandũ est pnus ꝛ fortis: ad resistẽdũ aut bene operãdũ infirmus ꝛ debilis. Michee. j. Infirmata est bonis que habitat i maroth. Glo. in maroth. id est i amaritudinib⁹ pctõꝝ. Hiere. ij. Vide q̃ amarũ. Sexto mortificat in operib⁹ meritorijs q̃ oĩa moriunt̃ peccato cõmisso: vt patuit ante. Aug⁹. in questiõib⁹ euãgelij. semiuiuo relicto: q̃a ex parte q̃ põt intelligere et deũ cognoscere viuus est. ex parte vo q̃ pctis cõtabescit mortuus est. Vel ſm Theophilũ aĩa immortalis est. corpus vo mortale. Ita medietas hoĩs morte succubuit. Et subdit. Abierũt. Beda. nõ ab insidijs cessandõ sed insidiarũ fraudes occultãdo. Ve ergo pp̃ter maloꝝ cõmissionẽ. S

Ve pp̃ter tp̃is pdi‑tionem eternalite rremordentẽ. Berñ. in sermõe ad scolares dicit Nil p̃ciosius tpe. Heu nil hodie vilius inuenit̃: trãseunt dies salutis ꝛ nemo recogitat. nemo perire diẽ et nunq̃ redire cogitat. sed sicut capillus de capite sic nec momẽtũ pibit de tpe scʒ ad reddẽdũ rationẽ de ip̃o ꝛc̃. Apocal̃. x. dicit Joh. ꝙ vidit angelũ stãtẽ sup mare ꝛ sup terrã q̃ leuauit manũ suã ad celũ ꝛ iurauit p viuẽtẽ in secl̃a secl̃oꝝ q̃ creauit celũ ꝛ terrã ꝛ ea q̃ in eis sunt: mare ꝛ ea q̃ in eo sunt: q̃a tp̃s iã ampli⁹ nõ erit Glo. ma. q̃a bti immortales ꝛ impassibiles efficient̃. Sed ecõtra de malis scriptũ est. Perit tp̃s eorũ in secula. H Albert⁹ sup apoc̃. ibidẽ dicit. tp̃us duob⁹ modis accipit̃. Uno mõ put est mẽsura motus primi mobilis: sic nõ erit tp̃s post diem nouissimũ: q̃a stabit firmamentũ sol luna ꝛ cetera sidera. Abac̃. iij. Sol ꝛ luna steterũt i habitaculis suis. id est locis vbi creata fuerũt in principio. Alio modo dicit̃ tp̃s prout est mora motus rerũ mutabiliũ: ꝛ sic erit tp̃s eternũ quo ad malos in inferno q̃a trãsibunt ab aquis niuiũ ad calorem nimiũ: vt

dicit Job.xxiiij. Alio modo sic exponit. Tps amplius nō erit scʒ grē ꝛ merēdi post mortē hois sed recipiēdi put i vita sua meruit. Ideo Apls.ij.Chorinth.vj.dicit. Ecce nūc tps acceptabile ecce nūc dies salutis. Non dicit cras aut post cras: sed nūc. Glo.ibidē.in q mor bis.id est mortalibus salubris medicina infundit. Et dñs in euāgelio Joh.xij.Ambulate dū lucē habetis vt tenebre vos nō cōprehēdāt Eiusdem.ix. Venit nox qñ nemo potest operari. Ideo hortat nos Ysa.lv.dicēs.Querite dñm dum inueniri pōt inuocate eū dū ppe est: derelinquat impius viā suā ꝛ vir iniquus cogitationes suas et reuertat ad dñm ꝛ miserebit eius et ad deū nostrū qm multus est ad ignoscēdū Querite dñm.Glo.interl.fide: ope: simplicitate: in veritate dū locus pnie est.i futuro videbit.Sed non inueniet dū ppe est. Glo.ma.ne vestris vicijs recedat qui appropinquat appropinquātibus sibi filio reuertēti letus occurrit. Ve ĝ eis q illud tps grē pdūt

J Ecce nūc tps acceptabile ait apls. diligēter ĝ custodite tps ne inutiliter trāseat. Primo qa breue est Job.xiiij. Breues dies hominis sunt: numerus mēsiū eius apud te est: constituisti terminos eius ꝛc. Et ne putes te multos hre dies tpis. Audi quid Aristo.dicit iiij.phicor. Nihil habemus de tpe nisi nunc. psens pteritū abijt irreuocabiliter. futurū nōdū est quis nouit finē suū. Scdo labile est. velis nolis trāsit ꝛ te ad mortē ducit. Job.ix. Dies mei velociores cursore trāsierūt. Cursor tñ aliqñ pausat: tps aūt tuū nunqꝫ: quāto magis crescit tanto amplius decrescis ꝛ ad finē appropiquas. Tercio nobile est. nā in breui tpe vitā eternā poteris apprehēdere O si dyabolus aut damnati vnicā diē haberēt grē quātā facerēt penitētiam.nihil est ꝙ tm eos remordet quātū amissio tpis. Ideo qdcūqꝫ poterit tua manus ꝯstāter operare qa nec tps ꝛc. Eccs.ix. Quarto irreuocabile est tps qd trāsit nunqꝫ reuertit ꝛ tñ rationē nos reddere oportet qliter ipm cōsūpsimus.

K Tps obseruat ppter qtuor Primo quidā habēt speciale tps qñ melius valeant sanari de infirmitate. Ratio qa si trāseunt illud tps sciunt ꝙ vix aut nunqꝫ sanari valeāt Spūaliter sic facere debet hō pctor qa si tardauerit diē presentē vite sue et pueuerit vsqꝫ ad mortē aut diem mortis rarissime aut nunqꝫ pōt sanari de sua infirmitate scʒ pcti sed cadit in mortē. Ecci. xviij. Ante iudiciū prepara iusticiā. anteqꝫ loquaris disce. ante lāguorē adhibe medicinā. ante iudiciū interroga teipm. ꝛ i cōspectu dei inuenies ppiciationē. L Quatuor modis exponit h vbū. Primo sic. ante iudiciū.id est anteqꝫ officiū iudicādo alios accipias para iusticiā tibi.id est superiori obediēdo. qa q nō nouit esse di-

ſcipulus neſcit eſſe mgr̄. et qui nō nouit ſubeſſe neſcit p̄eſſe. Scd̄o ſic Ante iudiciū para iuſticiā id eſt tu q̄ officialis es aut p̄latus anteq̄ꝫ tu iudices queq̄ꝫ para iuſticiā teip̄m diſciplinādo ⁊ corā deo inuenies ꝓpiciationē. iij. q. vij. Judicet ille de errore alterius qui nō facit q̄ in alio damnat Tercio ſic Ante iudiciū. id eſt anteq̄ꝫ veniat iudiciū mortis tue para iuſticiam vt ꝑ te reſpōdeat i iudicio Quarto ſic. Ante iudiciū extremū fac iuſticiā tecū vt inuenias miſc̄diam i die iudicij apud deū. Scd̄o tp̄s obſeruat̄ qn̄ eſt magis pacificū. Uidem⁹ em̄ cū aliq̄s paup ⁊ ſubditus potētē aut diuitē aliquē offendit: querit tp̄s ſpeciale quo eū magis diſpoſitū ad placandū inueniat. Sp̄ūaliter ſic facere debet hō pctōr licet de⁹ ſemp ſit parat⁹ ꝑcere ⁊ miſereri: tn̄ modo magis ꝓnus eſt q̄ꝫ i futuro: quia tp̄s eſt miſerēdi ait ꝓpheta: poſtea autē veniet tp̄s puniēdi: ideo ait apl̄s ij. Chorinth. vj. Ecce nūc tp̄s acceptabile: ecce nunc dies ſalutis: non dicit cras ⁊c̄. Tercio obſeruat̄ tp̄s qn̄ melius eſt lucratiuū: vt faciūt mercatores. cum em̄ eſt tp̄s obſcurū ⁊ frigidū pluuioſum lutoſum ſolent dici: nō eſt tp̄s aliquid faciēdi: ideo q̄a tūc hoīes nō veniūt ad forū ad emendū: ſed qn̄ eſt tp̄s clarū ⁊ ſerenū tūc ⁊c̄. Spiritualiter tp̄s pcti eſt tp̄us obſcurū: q̄a tūc hō nō cognoſcit ſūmū bonū p̄e delectatiōe in malo: tūc em̄ frigus eſt circa dilectionē dei lutoſus in pctis: computruerunt iumēta in ſtercorib⁹ ſuis ait ꝓpheta. id eſt petis. Tūc nihil pōt operari qd̄ meritoriū eſſet. Quarto obſeruat̄ tp̄s qn̄ eſt magis fructificatiuū ſicut ſolēt facere agricole. Stultus em̄ eſſet qui iā ſeminare vellet qn̄ colligēdū et metendū eſſet: aut i hyeme tp̄e niuis. Spiritualiter debet hō laborare in vinea dn̄i qn̄ tp̄s fructuoſum eſt ſcꝫ in p̄ſenti vita gratie ⁊ nō expectare vſq̄ꝫ ad mortē quādo iā fructū ſui laboris recipere debet. ad Gal̄ vj. Dū tempus habemus operemur bonū: tp̄e em̄ ſuo metemus nō deficiētes. Ecci. iiij. Fili mi obſerua tp̄s ⁊ deuita a malo. ¶

Ue ve ve habitantib⁹ in terra Apoc. viij. Decimoſeptimo pōt exponi triplex ve de triplici periculo preſentis vite ſcꝫ vite breuitatē. ſaluandoꝝ difficultatē. electoꝝ paucitatē. Ue ergo ꝓpter vite breuitatē morti appropinquantē. Ue ꝓpter ſaluandorū difficultatē peccatorib⁹ imitantē. Ue propter electoꝝ paucitatē damnādos augmētantē. ¶

Ue ꝓpter vite breuitatē morti appropinquātē Hiero. ait: vt refert Euſebi⁹ in libello de morte ⁊ miraculis ſcti hieronymi O vita mūdi nō vita ſed mors vita fallax: onuſta triſticijs: imbecil

lis 7 vmbratica vita mendax: nūc
flores et statim arescis: vita pri-
uans: vita incrs: vita fragilis: vi-
ta momētanea 7 caduca: q̄ quāto
magis crescis tāto magis decre-
scis. Cū plus ꝓcedis plus ad mor
tē ꝓperas. O vita plena laqueis:
quot i mūdo illaqueas: quot ꝑ te
iā sustinent tormēta infernalia: ꝙ
btūs q̄ tuas agnoscit fallacias ꝙ
beatior q̄ de tuis nō curat blandi-
cijs vanis. ꝙ beatissim⁹ q̄ te bene
priuatus est. melior est negocia-
tio ei⁹ auro 7 argēto. primi 7 pu-
rissimi fructus eius. hec ille. Job
xiiij. Hō natus de muliere: breui
viuēs tpe: replet̄ multis miserijs
Hō in fetore pcti cōcipit̄: in dolo-
re 7 miserabiliter parturit̄: cū la-
bore 7 angustia viuit: cū timore 7
tremore morit̄. Nec est hō qui vi-
uet 7 non sentiet mortē. oēs enim
morimur 7 velut aqua i terrā de-
labimur. Bernī. in sermōe. Quid
in rebus humanis certius morte
q̄d incertius hora mortis inuenit̄
nō miseret̄ mors inopiā nec reue-
ret̄ diuitias. nō sapiētie. nō mori-
bus. nō etati parcit. nisi ꝙ senib⁹
est mors i ianuis iuuenib⁹ in insi-
dijs. Ideo Eccl. v. Ne dixeris ait
sapiēs sufficiēs est mihi vita: nihil
proderit in tpe vindicte: tota vita
hoīs respectu eternitat! q̄si nihil
est: quāto diutius viuit hō plura
penitenda incurrit. Job. xxj. Te-
nent tympanū 7 citharā 7 gaudēt
ad sonitū organi ducunt in bonis
dies suos 7 i pūcto ad inferna de-
scendūt. Glo. tp̄s eoꝝ totū respe-
ctu eternitatis vix pūctus estima-
tur. ideo vbicūq legit̄ i scriptura
de vita hoīs cōmuniter reb⁹ cito
trāseūtib⁹ cōparat̄ seu assimulat̄.
O Primo cōparat̄ herbe. vnde
in Ps̄. lxxxix. Mane sicut herba
trāseat: mane floreat 7 trāsiet ve-
spere decidat indurat et arescat.
Glo. his dicit mane. primū signi-
ficat etatem puerilē qn̄ orit̄. scd̄m
iuuenilē qn̄ floret. vespere: id est
senectute decidit 7 arescit: quia ꝑ
mortē ꝯsummit̄. hec glo. Scd̄o
cōparat̄ nubi. Job. vij. Sicut nu
bes ptrāsit 7 ꝯsummit̄ sic q̄ descē-
dit ad inferos: sicut nubes de infe
riorib⁹ eleuat̄ a calore ad superio-
ra volat 7 agitat̄ ad tp̄s 7 iterum
resoluit̄ 7 i terrā descēdet. Ita sūt
hoīes in vita presenti. nā de terra
eleuant̄ ad dignitates agitant̄ fa-
tigant̄ tandē de dignitate cōcidūt
7 iterū in terrā de qua 7 assumpti
ligunt: ex hoc tanq̃ ex vna radice om̄ia surgũt. cupidi pecunie. elati ad dominiũ. supbi de honorib⁹ sibi impēsis a subditis. blasphemi in deũ p hereses. nō obediētes parentib⁹ carnalib⁹ ⁊ spũalibus. ingrati de bonis: q̄a corrigētib⁹ mala p bonis reddũt. scelesti in grauib⁹ ppetrādis suas ⁊ alioꝝ aīas interficiētes. sine affectiōe ad aliquē nō cōpatiendo infirmis. sine pace inquietātes alios. criminatores crimē suũ alijs imponētes. detractores famā sctōꝝ maculare conātes. incōtinētes gule ⁊ libidini nō resistētes. immites crudeles in exercēdo lites. sine benignitate. id est largitate nesciētes alijs subuenire. pditores secretoꝝ alterius dũ indicāt inimicis pioꝝ que occultātia nouerũt. pterui procaces habitu ⁊ verbis. pudorē non seruātes. tumidi inflato corde. ceci non intelligētes que loquunt̄: voluptatũ quarũlibet amatores magis q̃ dei. id est carnales leticias spũalib⁹ p̄ponentes. hos deuita. hec glosa. Et quod peius est hec ⁊ similia pctā nō pctā sed virtutes istis tpib⁹ hoīes fingũt. Cũ em̄ clemētissim⁹ deus p sctm̄ Dominicũ et sctm̄ Franciscũ ac eorũ fratres totũ pene mũdũ illuminaret. vicia emēdaret. ad viā salutis reduceret. Videns dyabolus mũdũ a suo auelli dominio cōsilio p̄habito cũ suis ita decreuit: vt oīa vicia virtutes nominaret ⁊ hominib⁹ mũdi vt ipa sub specie virtutũ palliarēt sciētiā ⁊ modũ tradidit. quare iam q̄si in toto iterũ dominat̄ orbe. Dicũt ergo hoīes superbiā non fore supbiā sed mũdiciā. Auaricia dicit̄ pudētia Luxuria charitas. Ira zelus iusticie. Inuidia nō fauēs vicijs. Accidia cura corporis. Gula confortatio corporis. Loquacitas affabilitas Dissolutio spũalis leticia. Ornatus supfluus decentia status siue mũdicia. Supfluitas honestas. Prodigalitas liberalitas dicitur Pertinacia cōstantia. Dolositas prudentia. ypocrisis sctitas. Curiosus circũspectus. presumptio spes. Sed sicut falsis denarijs nō emit̄ quicq̃ sic nec falsis virtutibus acquirit̄ celũ ⁊c. ¶ Quarta bestia terribilis atq3 mirabilis ⁊ fortis dentes ferreos habēs: significat psecutionē antixp̄i futurā quā expectam⁹. Hāc psecutionē pdixit xp̄s Math. xxiiij. dicēs Erit tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab inicio mũdi vsq3 modo nec fiet. Glo. interli. hoc pprie tpe antixp̄i erit. Et nisi abbreuiati fuissent dies illi nō fieret salua oīs caro. Grego. Si diuina p̄ordinatio non obstaret quā impossibile est falli. Illud tp̄us vidit Johes apocal. j. vbi dicit. Vidi in medio septē candelabroꝝ aureoꝝ similē filio hoīs: caput ei⁹ ⁊ capilli erāt cādida tanq̃ nix. ⁊ oculi eius tanq̃ flama ignis. ⁊ pedes eius silēs auricalco sicut in camino ardēti. Glosa interli. p pedes significant̄

vltima xpi mẽbra. p caminũ ardẽtem tribulatiõis vehemẽtia. Idẽ Johes apocal. xij. vidit q draco ruffus trahebat terciã partẽ stellarũ de celo in terrã. Draco antixp̃s est: stelle fideles ecclesie. terciã em̃ partẽ fideliũ trahet in terram donis ⁊ pecunijs alliciẽs ad terrena. De hac etiã psecutiõe loquit Grego. xxxij. moral. tractãs illud Job. xl. Strĩget behemoth caudã quasi cedrũ dicit. Vidẽdũ valde est cũ behemoth caudã suã vt cedrum subleuat: in quo tunc atrocior q̃ nũc se crexerit surgat. Que em̃ penaꝝ genera nouimus que non iam vires martyrũ exercuisse gaudem⁹. alios em̃ improuiso ictu immersus gladius strauit. alios crucis patibulo affixit: quo ⁊ mors ꝓuocata repellitur ⁊ repulsa reuocatur. alios hirsutis serra dentib⁹ attriuit. alios armatos ferro insultãs vngula sparsit alios beluina rabies morsib⁹ detruncãdo cõminuit. alios ab intimis viscerũ p cutem pressa vis verberũ rupit: alios effossa terra viuos absorbuit. alios dimersos in morte precipiciũ fregit. alios in se proiectos aqua repleta absorbuit. alios edax flamma vsq3 ad cineres depasta cõsumpsit. Cũ ergo behemoth in fine mũdi caudã suã ampli⁹ dilatat: quid illis tormentis atrocius resurgit: nisi qd in euãgelio dñs dicit math. xxiiij. Surgẽt pseudo ꝓphete et dabũt signa magna ⁊ ꝓdigia vt in errorem mittant si fieri potest etiã electi. Nũc enim fideles nostri mira agũt cum peruersa patiunt. tunc enim behemoth huius satellites antixp̃i etiã cũ praua ingerũt mira acturi sunt. De tpe etiã illo loquit Daniel. xij. c. dicens. Veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gẽtes esse ceperũt ⁊ in tpe illo saluabit ppl's tuus oĩs qui inuentus fuerit scriptus in libro vite. De hoc libro ait Joh. apocal. xxj. Nec intrabit in ea aliquid coinquinatũ aut abominationẽ faciens et mendatiũ nisi qui scripti sunt in libro vite agni. Liber vite agni est conformitas vite ẽm doctrinã dñi nostri ihu xpi. Ideo ait dñs Math. xxiiij. Vigilate quia nescitis qua hora dñs venturus sit: hoc aũt scitote q̃m si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq3 ⁊ non sineret perfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Dicis forte: dudũ de aduentu predicatũ est nec vsq3 modo venit incertum est ⁊c. Augustin⁹ ad Esiciũ. Tunc enim vnicuiq3 veniet dies dñi cũ venerit eius dies: vt talis hic excat qualis iudicãdus est in illa die illum imparatũ inueniet dies dñi quem imparatũ inueniet sue vite vltimus dies. hec Aug⁹. Chriso. sup Math. xxiiij. super illud. Sicut erat in diebus Noe ita erit aduentus filij hoĩs dicit q hoc exemplo dñs ostẽdit: q̃m cum antixp̃s

venerit indecētes voluptates assument apud eos qui iniqui erūt et de propria desperabunt salute. Ideo exemplū conueniens ponit dn̄s de archa que cum fabricaret p̄placebat in medio futura mala p̄dicens. mali aūt nō credētes ac si nullū fuisset futurū malū lasciuiebant. Glo. interli. Quis Noe p̄diceret tn̄ nō credebāt. Sic iā verbum p̄dicatorū q̄ quasi quotidianum viluit in cordibus audientiū nec credūt. et si credunt nō tn̄ ope ostēdunt. Dicit tn̄ idē Chris. sup Matheū. xx. c. In duodecima hora diei sumus: vbiqȝ em̄ tenebras vides ⁊ adhuc dubitas diem iam transisse. prius em̄ in vallibus. i. secularib⁹ xp̄ianis die declināte fuit obscuritas. nunc aūt qm̄ sacerdotes qui montes dicunt apph̄ēdat iniquitas tenebrosa dubitas. q̄ finis mūdi ⁊c. tn̄ siue ꝓpinquus sit siue remotus tunc veniet mūdi finis cū venerit dies mortis tue. ¶

De antichristo nasci

turo sub quarta bestia p̄ns est sermo. apostoli sn̄ia in medium ꝓducat. Ait em̄. ij. ad Thessa. ij. c. Rogamus vos fr̄es p aduentum dn̄i n̄ri ihesu xp̄i: ne quis vos seducat vllo modo q̄si instet dies dn̄i. qm̄ nisi venerit dissensio primū. ⁊ reuelatus fuerit hō p̄cti filius p̄ditōis qui aduersat ⁊ extollit supra om̄e qd̄ dr̄ deus aut quod colit: ita vt in tēplo dei sedeat: ostēdens se tanq̄ sit deus: quē dn̄s ih̄s interficiet spū oris sui: ⁊ destruet illustratōe aduētus sui: eum cuius est aduentus ſm opationē sathane in om̄i virtute ⁊ signis ⁊ p̄digijs mēdacibus: in oī seductōe iniq̄tatis his q̄ pereūt eo q̄ charitatem veritatis nō receperūt vt salui fierent. Hec aplus. Dn̄s Antho. parte. iiij. tit. xiij. ita dicit de antixp̄o. Iste antixp̄s vēturus est ſm scripturas in fine mūdi qui vt dicit. Vincētius in speculo hystoriarū circa finē nascet in babylone de tribu Dan ex viro ⁊ muliere: ſ cōcepto ⁊ animato: vt dicit mgr̄ in sco. hysto. descēdet dyabolus in vterū matris ad implendū eum oī malicia vt vas suū. Et q̄uis angelus bonus non subtrahatur ei ad custodiaȝ sicut alijs hoībus. vt dicit b. Tho. parte p̄ma. tn̄ postq̄ incipiet malicia vti nullū effectū custodie in eū exercebit eo obstinato. Iste antixp̄s vt p̄dixit Methodius martyr apparebit in Corosan q̄ est ciuitas vicina iudee: nutriet in Nazareth. regnare incipiet in Capharnaum demū vt dicit vbi supra. veniet in hierl'm ⁊ ibi faciet se circumcidi vt oñdat se ꝯformē p̄ribus iudeorū ⁊ dicet se messiā in lege eis ꝓmissū. tunc iudei credēt in eū et suscipiēt ac venerabunt. Et hoc est qd̄ xp̄s dixit Joh. v. Ego veni in noīe patris mei ⁊ nō recepistis me. Si alius venerit in noīe suo. scȝ antichristus querens gloriam ꝓpriam et illum accipietis scȝ vt xp̄m. I

m

Alia expositio sup illud Dañ. vij. Quatuor bestie ascẽdebãt de mari. Litteraliter. q̃tuor bestie sunt q̃tuor regna succedẽtia ¶ Prima bestia sil'is leene habẽtis alas aquile est regnũ assyriorum. Et dr̃ leena ꝓpter violentiã ⁊ libidinẽ illius gẽtis. Due ale sunt gẽtes assyri et caldei. Aquile ꝓpter diuturnitatẽ regni. nam incepit a Neroth aut saltẽ a Nino ⁊ durauit vsq̧ ad Balthasar q̃ regnauit in babylonia ⁊ interfectꝰ est Dañ. v. Ale auulse Nabuchodonosor est q̃ cum iumẽtis habitabat ⁊ cor datũ rõ reddita. K Scđa bestia fuit vrsa hñs tres ordines dentiũ cui dicebat̃. surge comede carnes plurimas. monarcha ẽ aut regnũ Persarũ ⁊ Medorũ. sil'atur vrso ꝓpter patiam laboris ⁊ victꝰ par citatẽ. hoc regnũ cepit in Dario ⁊ Cyro nepote eius postq̧ occidert Balthasar capta babylone ⁊ durauit vsq̧ ad Dariũ Ursam huiꝰ nois quartũ victũ ab Alexandro p successionẽ. xiiij. Regũ medorũ ⁊ Persarũ. Tres ordines dentiũ sunt tria genera pincipũ sibi astãtiũ scȝ medorũ: psarũ ⁊ chaldeorũ Qȝ autẽ dr̃ comede carnes plurimas refert̃ ad Asuerũ qui cõsilio Aman disposuit occidi oẽs iudeos. ꝟ reuocatũ fuit: vt pȝ in hystoria Hester. L Tercia bestia dr̃ sil'is pardo habẽti alas auis ⁊ q̃tuor capita est regnum ⁊ monarcha grecorũ tpe Alexandri magni: varij colores varietatẽ significãt regnorũ aut doctrinarũ. Nam tpe Alexandri plures claruerũt phi ⁊ maxime Arist. Alas dr̃ habuisse ꝓpter velocitatẽ dominij: nihil eñ velocius fuit victoria Alexandri: vt nõ videat̃ bellasse sed volasse. Nam in. xij. annis subiugauit sibi regna orientis: ⁊ cum moreret̃ allate sũt epl'e de regnis occidẽtis potestas ei data est: quia non a se ꝟ a deo habuit tantũ dominiũ in punitionẽ malorũ. Quattuor capita fuerunt quatuor reges sibi succedentes in oriente. Selencus in babylonia et syria. In occasu Philippus. In grecia versus meridiẽ In egypto Ptolomeus. In occasu Antigonus. In asia et ponto q̃ oẽs paulatim defecerunt. M

Quarta bestia dissimilis erat ceteris. Hebrei tñ dicũt similẽ apro. Juxta illđ. Exterminauit eã aper de silua. Hec bestia terribilis habebat dentes ferreos comedens ⁊ cuncta cõminuens. ⁊ reliqua pedibus cõculcans: est monarcha Romanorũ que oia sibi subiecit ferro armorũ. Habebat autẽ hec bestia cornua decem qđ respicit finẽ mũdi. hoc regnũ incepit sub Julio cesare. et pfectũ est sub Octauiano Augusto sub quo natus est xp̃s. Et iã durat ab anno dñi Millesimo. CCCCC iij. In fine diuidet̃ in decem partes. nouẽ eñ regna recedent a xp̃iano imperio. ⁊ maior etiã pars illoꝝ ab obediẽtia ecclesie. vt regnũ iudeorũ. regnum

thurcoꝝ: regnū sarracenorum: regnum tartarorum: regnū armeniorum: regnū georgianorū: regnū grecorū qui nolunt habere imperatorē supiorē. Regnū bohemoꝝ qui iam vltra .xc. annos elapsos a sinceritate fidei recesserunt nec ad vnitatē ecclesie sunt reducti vsq; modo. Regnū francoꝝ q̄uis fidelissimū nō tñ recognoscit imperatorem Romanorū supiorē. Decima pars aut decimū regnū est romanū imperiū. Inter ista decem cornua vidit Daniel cornu paruū ꝛ tria euulsa sunt de cornibus a facie eius. Hoc cornu paruū est antixp̄s de tribu Dan ignobilis nat⁹ de ancilla. tria cornua euulsa ab eo sunt tres reges. vt pꝫ in scolastica hystoria. scꝫ affrice: egypti et ethiopie: quos interficiet. Alij septem colla subijciēt victori. Oculi hoīs sunt alta scia ꝛ malicia. Os ingentia loquens est: qꝛ dicet se deum et messiam in lege promissum ꝛ in templo a iudeis edificato ponet solium suū vt deus. Dañ. vij. Aspiciebā donec throni positi sūt ꝛ libri aperti sunt scꝫ consciētie singulorum patebunt. et vidi quoniam interfecta esset bestia ꝛ tradita igni. ¶

Iste antichristus pugnabit ꝯtra fideles quattuor modis. Prolatione falsarum doctrinarum. oblatiōe plurium diuitiarum. illatione multipliciū pressurarum: patratione rerum ꝓdigiosorum. Tunc vt ait dñs Mathei xxiiij. Erit tribulatio qualis nō fuit ab initio. ¶ Primo enim pugnabit ꝯtra fideles falsa doctrina dicet em̄ se messiam in lege ꝓmissum ꝛ ad se spectare nouam cōdere legē. Illud p̄dixit Daniel. vij. c. loquēs de antichristo dicit. Putat q̄ possit mutare tēpa et leges: legem mosaycam nō reprobabit: oportet que in ea habēt de messia vt illud. Prophetā suscitabit deus de fratrib⁹ tuis ip̄m tanq̄ me audite. Deutro. xviij. dicit p̄ se dicta ꝛ nunc in se completa. vñ multa occulta alijs vel futura dyabolo reuelante nunciabit. vt ostēdat se magnū ꝓphetam. xp̄m aūt quē adorant christiani dicet p̄ se et suos p̄dicatores fuisse deceptorem. Et ideo propter scelera sua aut superbiam fuisse crucifixum ꝛ a deo derelictum. Que autem in veteri testamento habentur de passione eius false exponet: sicut modo iudei exponunt. vt dicit Gregorius. et habeꝰ de consecra. dist. iij. Peruenit ꝛc. Qꝛ faciet celebrare diem sabbati vt placeat iudeis. et diem dñicam in veneratione sue resurrectionis non christi. dicet enim se moriturum ꝛ tercia die resurrecturum. Unde dicitur ibidem q̄ festiuātes diem sabbati ꝛ dominicam sunt p̄dicatores antichristi: locus residentie eius dicitur hierosolyma. Sed p̄dicatores suos mittet per orbem sicut christus. Et hoc

est qd ait dñs Math. xxiiij. Multi pseudoprophete surgent et multos seducent. Nam scripturas subtiliter et fallaciter exponent cum magna eloquētia et versutia verborū pdicatores vo ecclesie tacebūt vel timore passionis vel amore terrenorū vel ignorātia scripture sacre qz nesciēt reprobare falsas illoꝝ et extortas expositões. Tunc implebit signū ppinqui iudicij datum a xpo Math. xxiiij. Stelle cadent de celo: et doctores ab intellectu scripture et ecclesie dei: nō tñ ex toto cessabūt pdicatores et maxime Enoch et Helyas qui mittent de paradiso vbi translati sūt. De primo dr Gen. v. de scdo quarti Regum. ij. Illi duo testes erūt et prophetabūt. i. pdicabūt diebus mille ducentis sexaginta. i. tribus annis cum dimidio. tāto etiā tpe durabit pdicatio antixpi. Amicti saccis ad inducendū pniam. Opinio quorundā vt Johis dñici et Theophili q Johes euāgelista etiā veniet pdicaturus ꝯtra antixpm. et sic pugnabit falsa doctrina. ¶ Scdo pugnabit donorū largitione. Vn Dan. viij. dr. Q in copia rerum oim occidet plurimos. Et Dan. xj. dr. Q diuidet terrā gratuito et thesauri copiosi sibi manifestabunt. Vñ be. Vincētius magnus pdicator in suis sermonibꝰ dicit. Q pdicatores sui discurrēt p orbē et faciet pplm cōgregare et qsi zelantes salutē coꝝ dicent. Ut clare sciatis qz nō querimus vra bona vt fecerūt pdicatores xpi seductores mūdi q vt scitis nō vocabant ad aliud nisi vt accipent bona vra petētes decimas et oblationes et elemosinas. auaricie dediti. Non h querimus a vobis sed vt mandat mgr nr verus xps salutē querimꝰ vram. et ex charitate volumus vobis subuenire q indigētis Veniāt ergo indigētes ad talē locū et eis copiose puidebit. Et hec sola via sufficiēs esset ad pertendū innumerabiles hoies: qz auari et cupidi sūt. Sunt em iam parati p vnico floreno aut grosso negare xpm falsc iurando aut decipiēdo. Quid faciēt cū eis pondus et in copia dabit aurū et argentū. Unde Gregꝰ. penl. moral. et habet in canone Licius. In glo. prima de pe. dis. ij. tractās illud Job. xlj. Sub ipo leuiathan erūt radij solis. i. doctos et sapiētes subiecit sibi. et auꝝ id est sctitate fulgentes qsi lutū vicijs substernet ad querendū terrena. In Apoca. xiij. c. dr. Q bestie ascēdenti de mari hñti septē capita et decē cornua silis pardo. et pedes siles vrso: os habens leonis: dedit ptātem magnā draco q faciet pusillos et magnos habere caractarē in dextera manu aut in fronte. et q nemo possit emere aut vendere nisi q habuerit caracterē. Bestia ista est antixpus. de mari. i. de mūdo exiēs. septē capita sūt septē vicia capitalia qbus plenus erit: decē cornua est trāsgressio decē pceptoꝝ. leopardo silis dr in varie

tate colorū propter maximā eius ypocrisim: sanctitatē em̄ simulat. Urso: pp̄ter dolositatē: leoni ꝓpter crudelitatē assimilaṫ. Caracter est cultus ei⁹ manifestus aut similatus: alias nō poterint negociari: sed tanq̄ excōicati habenṫ. Nec iudei q̄ eū messiā sperāt alia q̄ bona tp̄alia desiderāt ab eo. et libertatē a seruitute ⁊ gloriā mūdi. ¶ Tercio pugnabit tormētoꝝ illatōe. Ait dn̄s Math. xxiiij Erit tūc tribulatio q̄lis nō fuit ab inicio mūdi vsq̄ tūc. Dan̄. etiā. xij diciṫ Ueniet tp̄s quale nō fuit ab eo quo gētes esse ceperūt vsq̄ ad tp̄s illud. Joh. etiā in apocal̄. xiij dicit. Datū est ei bellū facere cum sctīs et vincere illos: et data est ei potestas in oēm pp̄lm tribū ⁊ linguā ⁊c̄. potestas tm̄ in corpus dabiṫ ei. Occidet em̄ Enoch ⁊ helyā in hirl̄m ⁊ ꝑ tres dies cū dimidio in terrorē alijs faciet corpora eoꝝ iacere insepulta: vt dicit Apocal̄. xj. Tūc fideles nō habebūt adiutoriū exterius nec p̄dicationū nec miraculoꝝ nec cōfortantiū sacramētoꝝ. tamē interius spe premij confortabunṫ. Exercebit em̄ antixp̄s oīa genera tormētoꝝ in xp̄ianos ad flectendū eos. etiā mādata. Hāc pressurā insinuauit patriarcha iacob cū ait. Gen̄. xlix. aut penultimo dicēs. Fiat Dan coluber in via: cerastes in semita mordens equi vngulas: vt cadat ascēsor eius retro: salutare tuū expectabo dn̄e. Grego. Nasceṫ antixp̄s de dan ancilla in seruitute generāti q̄a oēs sequaces eius sunt serui dyaboli. Et ī numero signatoꝝ. cxliiij. miliū ex om̄i tribu isrl̄ nō puniṫ tribus dan. quia eius sequaces sunt reprobi: dan coluber in via. id est incedētes ꝑ viā mandatoꝝ dei veneno interficiet cerastes ī semitis. Cerastes est serpēs cornutus: incedētib⁹ in semitis cōsilioꝝ erit eis cerastes mordēs vngulas equi vt cadat ascensor eius retro. Equus mūdus ascēsor mūdū amans mordet ergo antixp̄s vngulas equi. id est finē hominis vt cadat retro vbi nō videt. quia tales non cōsiderant suā ꝑditionē in quā eos cerastes ille deiecit. Sancti autē fortiter resistēt: ideo ait salutare tuum expectabo dn̄e.

¶ Quarto pugnabit cōtra fideles ꝑ falsa miracula: ⁊ illud est periculosissimū. Jdeo ait dominus Math. xxiiij. Et dabūt pseudo ꝓphete. id est p̄dicatores antixp̄i prodigia magna: ita vt si fieri potest in errorē inducanṫ etiā electi. Apocal̄. xiij. diciṫ q̄ data est ei potestas signa facere ⁊ prodigia ita vt ignē faciat descēdere de celo in terrā in cōspectu hominū vt seducat gentes. ¶ Eligit em̄ aliquos quos mittet ad predicādū sup quos faciet descēdere ignem opere dyaboli: quasi sp̄m sctm̄ acciperēt. q̄ ⁊ ipi opere dyaboli ꝓdigia faciēt. ⁊ descēdēs ad practicā. Btūs Uincētius dicit: postq̄ sui p̄dicatores ꝓnūciauerīt doctrinā

antixpi vt veri filij dei dicent. Ut non dubitetis de veritate nr̄a ecce miraculis cōfirmabim⁹. Accedāt infirmi aliqui in q̄s scȝ dyabolus immittet infirmitates quoꝝ sciūt curationē ⁊ eos publice sanabunt Et si q̄s sanare nō potuerint dicēt ex defectu fidei eoꝝ ꝓcedere: vel qꝛ sanitate male vterent̄. Sil̄r accedent ad tumulos ⁊ facient apiri ⁊ ostēdēt se aliq̄s suscitare de notis ꝑpl'o: nō ꝙ vere suscitent̄. qꝛ h̄ dyabolus non pōt. sed dyabolus sumet corp⁹ aereū ⁊ apparebit ⁊ loquet̄ in specie illius noti: ⁊ dicet se esse vere illum ⁊ merito messie suscitatū. Et xp̄m quē colunt xp̄iani dicent seductorē damnatū: ⁊ antixp̄m dicunt verū deū. Hec tentatio erit maxima. Grego. in moral. Uidebit martyr ꝓ veritate se torqueri sine opatione alicuius miraculi: ⁊ ecōtra tortorē suū ad ostentationē sue falsitatis miracula facere. Certe magna erit talis tentatio. vt dicit xp̄s Math. xxiiij. Nisi abbreuiati fuissent dies nō fieret salua oīs caro. Non em̄ durabit nisi ꝑ tres annos cū dimidio quāto tp̄e p̄dicauit xp̄s. vt dr̄ Apoc. xij. et. xiij. ca. Et Dan̄. xij. Postq̄ȝ aūt in tantā ascēdet supbiā vt post simulationē sue mortis ⁊ resurrectiōis dicat se publice in celū ascēsurum sup montem olimeti stans fulminabit̄ a xp̄o. vt dicit mgr̄ in in scolastica hystoria. ¶ De ei⁹ morte habet̄ Dan̄. viij. et. xj. ⁊. ij. ad Thessa. ij. et Apoca. xvij. Isa. xj. Spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. Ante mortē antixp̄i resurgent Enoch et Helyas tercia die post occisionē eoꝝ ⁊ publice vocati ascendēt in celum. Postq̄ȝ autē mortuus fuerit antixp̄s quāto tēpore duraturus sit mundus incertum est. videt̄ tñ ad minus. xl. dies qui dabunt̄ hominibus vt peniteant. ex eo ꝙ dr̄ Dan̄. xij. Beatus qui expectat ad dies mille trecentos trigintaq̄nq̄ȝ. Istis sic stātibus vt ait apl's. j. Thessa. v. Cū dixerint pax ⁊ securitas repentin⁹ eis supueniet interitus. ¶

Anteq̄ dn̄s visibiliter

ad iudicandū apparebit precedet eū tuba nouissima. de qua ait apl'us. j. Thessa. iiij. Quia dn̄s in voce archangeli ⁊ tuba dei descendet de celo. Et. j. ad Chorinth. xv. Canet em̄ tuba ⁊ mortui resurgēt Sonus aūt tube aut virtus talis est. Surgite mortui venite ad iudicium. Hiero. sup math. Qn̄ diem illum ꝯsidero toto corde cōtremisco. Siue comedo siue bibo siue aliud qdcunq̄ȝ facio semper sonat hec vox in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciū. Cum hec vox insonuerit tunc oēs resurgemus ait apl's. j. Corinth. xv. sed nō oēs immutabimur. corpus scȝ gloriosum assumendo. Nota de voce. ✠ Erit in terris pressura gentiū ꝑ cōfusione sonitus maris ⁊ fluctuū arescentibus hoibus p̄ timore ⁊ expectatiōe q̄ supuenient

vniuerso orbi. Btūs Tho. in ꝯtl. glo. ait. Mare tripl'r fremet ꝛ litus maris agitabit tempestate ita vt sit ppl'o terre p̄ssura. i. cōis miseria ita vt tabescāt timore ꝛ expectatōe maloꝝ irruentium mūdo. Hiero. dicit se inuenisse i Analib⁹ hebreoꝝ. xv. signa p̄cedētia futuꝝ iudiciū vtrū aūt illi dies q̄bus fiet ꝯtinui sint aut interpolatim nō exprimitur. Y

Prima die eriget se mare. xl. cubitis sup altitudinem mōtiū stans in loco suo quasi murus.

Scđa die tm̄ descendet vt ab hoībus vix intueri possit.

Tercia die belue marine apparēt sup littus dantes rugitum vsq͡ ad celum.

Quarta die ardebunt maria ꝛ omnes aque vehementer.

Quinta die herbe et arbores dabunt sudorem sanguineum.

Sexta die ruent edificia.

Septima die petre adinuicem collidentur.

Octaua die fiet gn̄alis teremotus

Nona die equabitur terra.

Decima die exibūt hoīes de cauernis velut amentes ꝛ mures.

Undecima surgent ossa mortuorum ꝛ stabunt sup sepulchra.

Duodecima cadent stelle de celo.

Tredecima moriunt̄ hoīes viuentes vt cum mortuis resurgant.

Decimaquarta ardebūt celum et terra scꝫ supficies aeris ꝛ terre.

Decimaquinta fiet nouū celum ꝛ noua terra ꝛ resurgent omnes.

Hec signa ponit mgr̄ in scholastica hystoria et dn̄s Hugo primus postillator sup Lucam. xxj. Z

Sequit̄. Nam virtutes celoꝝ mouebūt̄. Hugo sup lucam Horrebūt: q: sicut aliq̄s manēs in supcilio mōtis vidēs ciuitatem aliquā perire incēdio aut terre hiatu perire natural'r horret licet sciat incēdiū ad se nō posse ꝯscēdere. Ita etiā vidētes electi sub se reprobos cruciari naturali q̄dam horrore mouebunt̄. Cris. Si rex terren⁹ p̄cessurus ꝯ aliquā expeditionem: mādat in ppl'o dignitates oēs mouēt̄ exercit⁹ exercitat̄ tota ciuitas aut p̄uincia sua feruet. Q̄to mag' rege celesti exurgēte iudicare viuos ꝛ mortuos āgelici vtūtes ꝯmouēt̄ terribiles ministri terribilē dn̄m p̄cedēt. Cherubin ꝛ seraphin p̄parant̄ ad sedē vni⁹ ꝛ rōnalis thron⁹: nec pōt esse res mortua q̄ baiulat vitā ante ip̄m: p̄ candelabro fulgura viua p̄cedēt. ꝛ p̄ tubis horrēda tonitrua vere vox magna cui oīa obediūt elementa. petras scindit: inferos aperit: vincula mortis disrumpit. Idē. Tūc nec resistendi virtus: nec fugiendi facultas: nec pn̄ie locus: nec satisfaciendi tp̄s: ex angustia omniū rerum nihil manet nisi luctus. Vn̄ Beda. Quid virgula dei deserti patit̄ cum cedrus paradisi concutit̄: quid pctōr qn̄ angeli ꝛ iusti trēmebūt. A Cris. Uirtutes celoꝝ mouebunt̄ Quis sibi ꝯsciȷ̄ nō sūt:

vidētes tñ tantā transmutationē fieri. tam infinitas multitudines cōdemnari: nō intrepide stabunt illic anteꝗ̄ dñs ad iudiciū venerit p̄cedet turba. B Nota damnati assument corpora grossa corrosa ⁊ grauia sup̱ incendia ⁊ reptantia: iusti aūt rapient̄ in nubibꝰ obuiā xp̄o in aere. tūc vt dicit Johēs in apoc. j. Plangēt sup̱ se oēs tribus terre qui scȝ hic terrena dilexerunt. C Et cōgregabunt̄. vt dicit ꝓpheta Johel vlti. in valle Josaphat ⁊ locis circūiacentibus demones et hoīes. tñ vbicunꝗ̄ fuerint demones coram iudice erunt De die aūt illa. vt dꝛ Math. xxiiij Nemo scit ⁊ horā: neꝗ̄ angeli celorum nisi pater solus. Sicut em̄ erat in diebꝰ Noe ita erit aduentꝰ filij hoīs Sicut em̄ erāt in diebus ante diluuiū comedētes ⁊ bibētes nubentes ⁊ nuptui tradētes vsꝗ̄ ad eum dieȝ quo intrauit Noe in archam ⁊ nō cognouerunt donec venit diluuium ⁊ tulit oēs. sic erit aduētus filij hoīs. Tūc duo erūt in agro vnꝰ assumet̄ ⁊ alius relinquet̄. Due molentes ad molā vna assumet̄ ⁊ vna relinquet̄. Duo in lecto vnus assumet̄ ⁊ vnus relinquet̄. Chris. ibidē. Hec ideo dicit dñs vt ostendat ꝙ de omni genere aliqui saluant̄. D Elicit̄ etiā ex predictis verbis ꝙ triplex status hoīm ad iudiciū veniet. Primo status p̄latorū ⁊ clericoꝝ q̄ ponūt̄ custodes ⁊ oparij in agro dñi vnꝰ assumet̄ ad glorīā alius relinquet̄ ad penam. vt ptȝ de Abel et Cayn exeūtibus in agro. Gen̄. iiij. Secundo status laycorū aut actiuoꝝ qui ponunt̄ ad molā ad laborandum scȝ vnus assumet̄ ⁊ alius relinquet̄: qui em̄ habet diuitias tāꝗ̄ nō habēs assumet̄. aliꝰ q̄ spem ⁊ delectatiōē habet in diuitijs relinquet̄. vt ptȝ de Jacob et Esau. Gen̄. xxxij. Tercio status ꝯtēplatiuorū ⁊ religiosoꝝ qui tanꝗ̄ in lecto quiescunt a cura exteriori. vnꝰ assumet̄ ad beatitudineȝ. sicut scti dei ⁊ virgines sapientes. vnus relinquet̄ ad penā sicut fatue virgines. s. nō habētes testimoniū ꝯscientie. Cum ergo sic aggregati fuerint in valle Josaphat ⁊c. E

Tunc videbunt filium hoīs venientē in nube cū ptāte magna ⁊ maiestate. Hic nunc dicendū est de his q̄ fiunt in iudicio. De hoc aduētu loquit̄ Johēs vt vidit Apocal. j. Ecce veniet cū nubibus ⁊ videbit eum oīs oculus ⁊ qui eum pupugerūt: ⁊ plangēt se sup̱ eum oēs tribus terre. Alber. ibidē. Hic loquit̄ Johēs de scdo aduentu xp̄i vt q̄ amore primi aduētus nolunt pctā dimittere saltē dimittāt timore scdi. Venit cū nubibus Actuū. j. dixerūt angeli ad ap̄los. Sic veniet queādmodum vidistis eum euntē in celū. sed nubes suscepit eum ab oculis eoruȝ. vt dicit̄ ibideȝ. ergo cum nubibus veniet. Sequitur. Et videbit eum omis oculus. Greg. in omel̄. xv.

In extremo iudicij die cū aptis ce lis ministrātibus angelis: cōsedē tibus aplis in sede maiestatis sue xp̄s apparuerit oēs hūc electi pariter ꝛ reprobi videbūt. iusti vt de munere retributōis gaudeāt. iniusti vt de vltione supplicij imppetuum gemant. F

Querit. An equaliter omes videbūt xp̄m. Rōm ꝑm Alber. ꝙ nō. qꝛ iusti solū videbūt diuinitatē ꝛ humanitatē xp̄i ad suam gloriā. Unde Ysa. xxxiij. Regē in decore videbunt. Mali aūt solum hūanitatē ineffabili indignatione eis in penā. ꝛ non diuinitatē qꝛ dr̄ Isa. xxvj. Tollat̄ impius ne videat gloriā dei. Sequit̄. Et qui eū pupugerūt. s. iudei ꝛ mali xp̄iani qui eū suis pctīs offenderūt. Sequit̄. Tunc plangēt se sup eū oēs tribus terre. Alber. Qui plus dilexerunt terrena ꝙ celestia ꝛ occupabāt̄ in eis. tales plangēt. qꝛ nō tm̄ dolebunt de tormento inferni quantū dolebūt de amissione ꝯsorcij electorū. vt etiā dicit Cris. sup illud Math. iij. Excidet̄ ꝛ in ignē mittet̄ Apoc. vj. Tunc reges terre ꝛ principes ꝛ tribuni ꝛ diuites ꝛ fortes ꝛ oīs seruus ꝛ liber abscondent se in speluncis ꝛ in petris mōtiū ꝛ dicūt mōtibus ꝛ petris cadite sup nos abscōdite nos a facie sedentis sup thronū et ab ira agni: qm̄ veniet dies magnus ire ipsorum ꝛc. G Suffragia sanctorū ꝛ angelorū postulabūt vt eorū pcibus mereant̄ euadere penas et misericordiā cōsequi. De hoc aduētu loquit̄ Isa. xxx. Ecce dn̄s veniet de longinquo ardēs furor ei⁹ ꝛ grauis ad portādū. Et Dan. vij dicit̄. In visione aspiciebā noctis ꝛ ecce in nubibus celi q̄si fili⁹ hoīs veniebat ꝛ vsq ad antiquū dierū ꝑuenit. ꝛ in ꝯspectu eius obtulerūt eum ꝛ dedit ei ꝑtātem honorē ꝛ regnum ꝛ oēs ppl̄i tribus et lingue ipsi seruiēt. ꝑtās eius ꝑtās eterna que nō aufert̄ ꝛ regnū eius qd̄ nō corrūpet̄. H Legit̄ de ꝑtāte vnius angeli. iiij. Regū. xix. Et Isaie xxxvij. Q tpe regis Ezechie cum Sēnacherib pugnaret aduersus hierusalē. ꝙ nocte vna exiuit angelus et ꝑcussit in castris Assyriorū centū octogintaquinq milia. Si ergo tanta est ꝑtās vnius angeli: quāta erit ꝑtās cum dn̄s veniet in nubibus cū ꝑtāte magna ꝛ maiestate ꝛ oēs angeli eius cū eo. I Cum sic viderint deū venientem: tunc impugnabūt hoīes pctōres: vt dicit b. Tho. in sermone de dn̄ica scd̄a aduētus. sūma: media: infima. Sūma deus oīps qui durissimam sniam dabit contra impios Joh. v. ꝑtātem dedit ei iudiciū facere. qꝛ filius hoīs est. K Secundo impugnabūt eos angeli q̄ scz eos ꝓijciēt in eterna supplicia. Math. xiij. Exibūt angeli ꝛ separabunt malos de medio iustorū ꝛ mittēt eos i caminū ignis vbi erit fletus ꝛ stridor dētiū. L Tercio impugnabunt eos scti qui sniam

iudicis approbabunt dicẽtes. Ju
stus es dñe et rectũ iudicũ tuum.
Sap. iij. Judicabunt scti natões:
Media vt sidera ⁊ elemẽta. q² ne
gabunt lumina: mittent fulmina:
imprimẽt incendia. Lumen nega=
bunt in peccatoꝝ horrorẽ. Johe=
lis. ij. Sol cõuertet in tenebras et
luna in sanguinẽ. Mittent fulmi
na in peccatorũ terrorez. Johelis
ij. Ante faciẽ eius ignis vorans et
post eũ exurẽs flama: a facie eius
cruciabunt ppl'i ⁊ oẽs vultus re=
digent in ollam. ignis iste nõ aget
in sctõs: q² est instrumentũ diuine
iusticie. vel ẜm Augu. xx. de ciuit.
dei. Corpora sanctorũ rapient ad
supiores partes aeris quo flama
nõ ascendet. M Quadruplex
ignis ante faciem eius p̄cedet. in=
fernalis in reprobũ punitionem.
Purgatorius in venalium deleti
onẽ. Terrestris sensualia et vege=
tabilia ꝯsumendo. Naturalis ele
menta purificãdo. N Inferio=
ra negabunt pctõribus refugiũ. p
pter diuinam p̄sentiam. Apoc. vj
Dicant montibus cadite sup nos
⁊ abscondite nos a facie sedẽtis su
per thronũ. O Subtrahent au
xilium ppter diuinã potentiã. De
utro. xxxij. Ego occidã ⁊ ego viue
re faciam: pcutiã ⁊ ego sanabo. et
nõ est qui de manu mea possit eru
ere. P Surgẽt in cõtrariũ pro
pter diuinã obedientiam Sap. v.
Armabit creaturã in vltiomẽ ini=
micorũ suoꝝ. Sap. xvj. Creatura
enĩ tibi factori deseruiẽs excande=
scit in tormẽtũ aduersus iniustos
Tunc intus erit ꝯscia exurens. fo
ris mũdus ardẽs: superius iudex
iratus: subtus infernus p̄parat⁹:
a dextris demonia accusantia. a si
nistris pctã pñtia ⁊ oĩbus apparẽ
tia: nihil erit nisi dolor ⁊ gemitus
inexp̄ssibilis ⁊ oĩs boni desperatio
Q Timendũ est futurũ iudiciũ p
pter tria que ibi fient. Primũ est
pctõꝝ multiplex accusatio a mul=
tis enĩ teste scriptura accusabitur
pctõr. Primo accusabit eum p=
pria ꝯscia que tũc publice accusa=
bit licet nũc occulte. Dañ. vij. Ju
diciũ sedit ⁊ libri apti sunt. i. ꝯscie.
Jn his libris cõtinent snie mortis
⁊ vite. Apoc. xx. Judicati sũt mor
tui ex his que scripta erãt in libris
ẜm opa eorũ. Apl'us ad Rom. ij.
Testimoniũ reddẽte illis conscia
eorum. Scdo accusabunt pecca
torem dyaboli. primo sicut fur fu=
rem instigat postea eũ prodit. Vñ
Apoca. xij. dr̄. Proiectus est dya=
bolus accusator fratrũ nostrorũ.
Aug. Dicit ille aduersarius equis
sime iudex iudica istũ esse meũ ob
culpã qui noluit esse tuus p grati
am. tu⁹ est p naturã. meus p cul=
pam. tibi inobediẽs mihi aũt obe=
diens. ergo meũ iudica. Tercio
accusabũt peccatorẽ angeli sancti
Credibile est q̈ ille q̄ tradidit eis
aĩas custodiẽdas requiret ab eis
de hmõi custodia rõnẽ. Et cum il=
li nõ mentient dicere veritatẽ hñt
q̈ illi noluerũt eis obedire Hiere.
lj. Curauimus babylonẽ ⁊ non est

sanata.q.d.fecimus qd in nobis erat. Quarto accusabunt eũ oẽs creature.nam offenso creatore tota pugnabit cõtra insensatos creatura. Sap.v. Armabit creaturã in vltionẽ inimicorũ. Job.xx. Reuelabũt celi iniquitatẽ impij ⁊ terra cõsurget aduersus eũ. Quinto accusabunt miseri qbus violentiam fecit hõ. Tunc vt ait ppheta Ps.cxxxix. Faciet dñs iudiciũ inopis ⁊ vindictã pauperũ. Sexto accusabunt subditi suos negligentes plãtos. Bern.sup cantica. Accusabũt dure quoꝝ vixerunt stipẽdijs nec diluere pctã quibus facti sunt duces ceci. Septimo accusabunt eũ ppria pctã Hiere.ij. Arguet te malicia tua: et auersio tua increpabit te. Prouerb.v. Iniqtates sue capiũt impiũ: ⁊ funibus pctõꝝ suorũ vnusquisqꝫ ɔstringet Bern. Tũc opa nr̃a simul loquẽtia dicẽt peccatorẽ. Tu nos egisti: opa tua sumus: nõ te deserimus: tecũ ad iudiciũ pgemus. Octauo accusabũt pctõrem instrumenta passionis iesu xp̃i. Hiero. Crux xp̃i ɔtra te pugnabit: xp̃s sua vulnera allegabit: cicatrices et claui accusabunt te. Uide dictũ Augu. supra.xxxv. Ue viuentibus ⁊c.

R Scdm rõnis redditio. Dicet em̃ xp̃s. Redde rationẽ villicationis tue. Quattuor debes dño ex parte tui: et quatuor ex parte sui.

Ex parte tui debes deo rõnẽ reddere de qtuor. Primo ex parte pmissi. pmisimus em̃ in baptismo abrẽnunciationẽ sathane ⁊ oĩbus pompis eius. vt pꝫ de ɔsecra.dis. iiij. Uos ante oia. Scdo ex parte omissi. multa omisimus q̃ facere debuimus Si em̃ ille maledictus est q̃ facit opus dei negligẽter. vt dicit Hiere.xlviij. Multo plus ille qui nihil facit cum facere possit Math.xxv. Illi ad q̃s dñs dicet. Ite maledicti ⁊c. nõ sunt damnati qꝛ malũ fecerũt: sed qꝛ bonũ nõ fecerunt. Tercio ex parte ɔmissi: qꝛ multa fecimus q̃ facere non debuim⁹: vt hic de oĩbus malis operibus memẽto redditurũ rõnem. Quarto ex pte pmissi reddes etiã rõnẽ de oĩbus malis in q̃ ɔsensisti nec correxisti. nõ em̃ solũ q̃ faciũt: sed ⁊ qui faciẽtibus ɔsentiũt digni sunt morte. Ait aplꝰs ad Rom.j.

Quatuor debes ex pte dei. Primo ex cõmisso. multa bona tibi cõmisit deus Animã tuã. Si em̃ rex filiã suã quã disposuisset fieri reginam in regno suo alicui commisisset ⁊ ille male eam custodisset imo met maculasset. O quantũ ille regem suũ offenderet. Sic rex celoꝝ cõmisit tibi aĩam quã sanguine pprio viuificauit ac despõsauit. redde g̊ rõnẽ quõ eã custodisti. Dedit tibi bona aĩe: liberũ arbitriũ: discretionẽ: sapiam: gratiã. Item de corpore redde rationem. si castrũ corporis tui bene custodisti ab inimicis iesu christi: si nimis delicate nutriuisti. Item de pximo vt pater de filijs.j. Regum.iij. Ubi pr̃ ppter negligẽtiã filioꝝ interem-

ptus ē. Prelat⁹ de subdito Ezech xxxiij. Fili hois speculatorez dedi te domus isrl' Sap. vj. Judicium durissimū fiet his qui psunt. Jtē de bonis exterioribus vt diuitijs: honoribus: vita: sanitate ꝛ hmōi. hec oia cōmisit tibi deus. Scdo ex parte dimissi. multa pctā tibi dimisit deus et frequēter. Mathei xviij. Serue nequā ome debitū dimisi ꝛc. Tercio ex parte pmissi. pmisit em̄ nobis vitā eternā dicēs Luce. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater me⁹ ꝛc. Quarto ex parte ppessi. quāta p nobis passus est reddere rationē oportet de his oibus: nec exibim⁹ donec soluamus nouissimū qdrātem. i. minima pctā satisfactōe delemus. Tercium est horribilis sniē expectatio. hec snia formidabilis pter tria. Primo pter incertitudinē. nemo em̄ nouit an p se aut ꝯtra se ferat̃. Unde Eccs. ix Sunt iusti atq sapiētes: ꝛ opa eorū in manu dei. ꝛ tn̄ nescit hō vtrū amore an odio dignus sit: ſ oia in futurū seruāt̃ incerta. Jtem ibidē viij. Uidi impios sepultos q etiā cum adhuc viuerēt in loco sancto erāt ꝛ laudabant̃ in ciuitate qsi iustorū opa. Et qꝛ nō pfert̃ cito contra malos snia: absq timore vllo ppetrāt filij hoim mala. Nota in vitaspatrū de abbate Aggaton q p tres dies iacebat fixis oculis ꝛ aptis: cum frēs dicerēt abba vbi es. rn̄dit in iudicio dei sto. Et dixerunt frēs. Nunqd ꝛ tu times pater. Qui ait. Tota q potui virtute dei mādata custodiui: sed hōsum nescio an opera mea accepta sunt deo: qꝛ aliter sunt dei iudicia: aliter hoim ideo timeo. Greg. Sepe iusticia nr̄a ad examē diuine iusticie deducta iniusticia est. ꝛ plerū q sordet in ꝯspectu iudicis qd in intentōe fulget opantis. Un̄ Sapiens. Est via q videt̃ hoi iusta: nouissima aūt eius ducunt ad mortē aut ad interitū. Jdeo ille sanctus Aggaton timuit. Et dicitur legit in vitaspatrū. Qꝛ quidā senex ait. Tria timeo. Unū qn̄ anima mea egressura est de corpe. aliud qn̄ occursura est ipsi deo. terciū qn̄ finalem sniam i die nouissimo expectauerit aditura. Un̄ ait dn̄s Math vij. Multi dicent in illa die. Dn̄e dn̄e nōne in noie tuo pphetauim⁹ et demonia eijecimus: ꝛ virtutes multas fecimus. ꝛ tūc ꝯfitebor illis nunq noui vos discedite a me maledicti. O si tales repellent̃ qs securus erit. Jsa. lxiiij. Quasi pannus mēstruate oēs iusticie vestre. Unde Job. ix. Nō iustificabit̃ hō ꝯparatus deo. Si voluerit hō cōtendere cū deo nō poterit rn̄dere ei vnū p mille. verebar oia opera mea sciēs q nō parcis delinquēti. Apl's. j. Corinth. iiij. Nihil mihi ꝯscius sum ſ in hoc nō iustificat⁹ sum. q aūt iudicat me dn̄s est Jdē ad Roma. xiiij. Oēs stabimus an tribunal xpi. timēda est ergo finalis snia pter incertitudinē.

Scdo timēda est illa snia pter

austeritatē aut strennuitatē. Matthei. xxv. Cum venerit filius in maiestate sua ꝛ oēs angeli eius cū eo tunc sedebit sup sedem maiestatis sue ꝛ ꝯgregabunt̄ añ eum oēs gētes: ꝛ separabit eos abinuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. et statuet quidem oues a dextris: hedos autē a sinistris. tunc dicet rex his qui a dextris eius sunt. Venite bñdicti pr̄is mei: possidete paratū vobis regnū a ꝯstitutōe mūdi. Esuriui ꝛ dedistis mihi mādu= care ꝛc̄. His aūt qui a sinistris sūt dicet. Discedite a me maledicti in ignem eternū qui paratus est dyabolo ꝛ angelis eius. Iste est gladius ex vtraq; parte acutus egrediens de ore sedētis in throno. Apocal. j. ꝛ. xix. Certe tunc (vt ait Isa. xj. c.) Percutiet terrā virga oris sui et spū labiorū suorū interficiet impiū. Augus. sup Ioh. Qui ceciderunt ad vocē vnā xpi morituri: quid faciēt ad vocē iudicaturi. hic vt hō loquitur tunc rugiet vt leo. Amos. iij. Leo rugiet qs nō timebit. Isa. v. Rugitus eius vt leonis. Hiere. xxv. Dn̄s de excelso rugiet ꝛ de habitaculo sctō suo dabit vocem suā. ꝛ ꝑuenit sonitus vsq; ad extrema terre: q2 iudiciū dn̄o cum gentibus. Iob. xxxvij. Sup hoc expauit cor meū ꝛ emotū est de loco suo: audiet auditionē in terrore vocis eius ꝛ sonū de ore eius ꝓcedētem. Tonabit deus in voce sua mirabiliter qui fecit magna et inscrutabilia. Anshelmus in suis meditationibus dicit. Quid dormis aīa tepida: et euomi digna: qui nō expergiscit̄: qui nō tremit ad tātū tonitruū nō dormit sed mortuus est. Ite maledicti ꝛc̄. y

Tunc virtutes celorum mouebunt̄. q2 vt dicit Chris. sup eadem verba. Quis sibi nullius mali ꝯscij: videntes tñ transmutationē tantā fieri ꝛ tam infinitas multitudines cōdemnari non intrepide stabūt. Hiero. sup Matheū. Quotiēs diē illū cōsidero toto corde cōtremisco ꝛc̄. O fratres mei diem hanc ante oculos ponite: ꝛ quantū potestis ad emēdationē festinate. Vox turturis audita est in terra nr̄a. Ait em̄ ipse q̄ ꝓpter nos paup factus est. Pniam agite appropinq̄bit regnū celorum: qui autē aurē suā obdurat ad clamorē paupis huius: clamabit ipse ꝛ nō exaudiet̄. Qui iam nō vult audire vocem turturis: audiet in futuro durā sniam iudicis. Qui dicunt durus est sermo penitentie durior erit eis sententia ꝓlata audire cum dicit̄. Discedite a me ꝛc̄. Tunc damnati vidētes electos in tanta gloria dicēt illud Sap. v. c. Videntes turbabunt̄ timore horribili: ꝛ mirabunt̄ in subitatiōe insperate salutis gementes ꝑ angustia spūs dicentes intra se: penitentiam agētes ꝛ ꝑ angustia spūs gemētes. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum et in similitudinē improperij: nos insensati vitā illo

rum sine honore. Ecce quō cōputati sūt inter filios dei: et inter sanctos sors illorū est. ergo errauim⁹ a via veritatis: et iusticie lumen nō luxit nobis et sol intelligētie nō est ortus nobis. lassati sumus in via iniquitatis et pditōis et ambulauimus vias difficiles viam autē dn̄i ignorauimus. Quid nobis pfuit supbia: aut diuitiarū iactātia q̄d ptulit nobis: transierūt oīa tanq̄ vmbra et tāq̄ nūci⁹ pcurrēs. et tāq̄ nauis q̄ ptrāsit fluctuātē aquā cuius cum ptransierit nō est vestigium. O tarda cōfessio et serotina penitētia: cōuertant ad vesperam (ait pphcta ps̄. lviij) et famem patient. Z Exemplū legit in vitas patrū. Q cum quidā senex a spū fornicatōis grauiter tentaret: rogauit dn̄m vt cum visibiliter cerneret: qđ factum est. Tunc ait illi. Quid tibi pdest q sic me tentas: q aggrauas culpam et penā tuā. Cui demon. Scio q verum dicis quāto plures decepero tanto durius sniam iudicis sustinebo. Illā aūt diem finalis snie sup oia formido et grauiter expecto. tn̄ vt illius snie fulminationem aliqualiter retardē hoies ad peccandū alliceo. Si tantū timet spūs: quātū timere habet caro etc̄. A Tercio timēda est finalis snia pter immutabilitatē Luce. xxj. ait dn̄s. Celū et terra transibunt verba aūt mea nō transibūt. Possibilius esset celum et terrā in nihilū redigi q̄ verba xpi nō impleri. si angeli p hoibus loquerent non exaudirentur Heu q̄ dura snia: q̄ asperum verbum. orauit pphcta Dauid vt liberaretur a verbo aspero. Bern̄. Quod est verbū asperum: Nunq̄d illud. Anima q̄ peccauerit morier. Non. Nunq̄d illud. Si auersus fuerit iustus a iusticia sua et fecerit pctm̄ in ipso morier oēs iusticie eius obliuioni tradent. Non. Nūquid illud. Tollat impius ne videat gloriā dei. Non. Sed illud Ite maledicti in ignē eternū q̄ paratus est dyabolo et angelis eius. B In quo verbo sex mala exprimunt. Primū est a deo separatio et psortio oīm electorū q̄ durior est sm̄ Chris. igne infernali. hec pena sequit pter auersionē homis ab incōmutabili bono. Scōm est eterna maledictio: q noluit pctōr bn̄dictionem et elongabit ab eo. induit maledictionē sicut vestimētū Terciū est eternalis inclusio. ita incarcerāt vt nūq̄ exeāt. Quartum est ignis actio in animā tanq̄ instrumētū diuine iusticie. Quintum est eternalis desperatio. ideo dicit eternū: quia ignis eorum nō extinguet. ait Isa. penul. c. Sextum societatis abhominatio cuz dicit. qui paratus est dyabolo et angelis eius. Hec aspectio demonum nō est minima pena imo inestimabilis magna. Dicit enim Cyrillus. Q quilibet viuentiū poti⁹ intraret viuus in maximū ignē q̄ vt ictu oculi dyabolum intueret. desiderabunt absq̄ dubio vt non

separent' a deo. quia omnia bona
appetunt ⁊ deus est summū bonū
Sed dicet eis dñs iesus cōtra hoc
Ite a me. scilicet eternal'r separa-
mini. Dicēt forte in suo desiderio.
O dñe da nobis benedictionē. Et
respondet eis. Non. Sed ite ma-
ledicti. Dicent forte. Da nobis lo
cum libertatis. Et dicet'. Non. sed
includendi ineternū. Dicent forte
iterum damnati. O dñe da nobis
tñ locum amenum. Et dicetur eis
Non. sed in ignem. Dicent forte.
O dñe assigna nobis tamen tpus
aliqd determinatū q̄diu. Et dicet'
eis. in ignem eternum. Dicent for
te adhuc. O dñe da nobis bonam
societatem. Et respondet eis Qui
paratus est dyabolo ⁊ angelis ei⁹
hec sit societas vestra. Hanc sentē
tiam iudicis cum dicet. Ite male-
dicti in ignem eternū. apl'i et eorū
sequaces voluntarij pauperes q̄
sedebunt vt iudices tibi dicēt. Iu-
stus es dñe et rectum iudiciū tuū.
Boni xpiani qui stabūt in aere cū
corporibus glorificatis etiā cū di-
xerit. Venite bñdicti ⁊c. Et ad re-
probos Ite maledicti etiā appro-
babunt iudicis sniam dicentes il-
lud Ps. cxviij. Iustus es dñe ⁊ re
ctum iudiciū tuū. Damnati q̄ tūc
sup terrā reptant aut q̄litercunq̄
ambulēt videtes manifestā dei iu
sticiā etiā coacti dicēt Iust⁹ es dñe
⁊ rectū iudiciū tuū: tūc terra scidet'
⁊ descēdent cū demonibus viui in
corpe ⁊ aīa in infernū. ⁊ claudetur
tūc os infernalis putei ineternum
